terram hanc. Gen̄. xij. Salomoni apparuit dn̄s dicens. Poſtula q̄d vis ⁊ dabo tibi. qui petiuit ſapiaꝫ a dn̄o quod petierat impetrauit. iij. Re. iij. ¶ Apparuit q̄n̄qꝫ ad defendendum ſic multociens apparuit iacob q̄n fratris iracundiam fugiebat. ⁊ eū defenſare pmiſit. ⁊ ipſo redeunte dixit dn̄s ad laban. Caue ne quicq̄ loq̄ris aſpere cōtra eū. Gen̄. xxxi. Q̄n dauid debebat cōmittere prelium ſemper cōſulabat dn̄m. qui ſemper apparebat. ⁊ reſpōdebat ei. pmittēdo ſibi auxilium. ⁊ referendo. i. Re. xxiij. ⁊ x. xx. ¶ Apparuit aliq̄n ad teſtificandū veritatē. vt incredulí credant. Sic ſupra chriſtum baptiſatū ſpūſſanctus viſus eſt. paterna vox audita ē. Hic eſt filius meus dilect⁹ Mat. iij. Lu. iij. In transfiguratōe vt diſcipuli crederēt apparuit ſpūſſanctus in nube. pater in voce teſtificans filiū dei eſſe. vt habetur Mat. xvij ¶ Apparuit aliq̄n ad conſolādum afflictos. Sic apparuit iacob in ꝑſecutione Eſau mōſtrando ei mirabiles viſiones Gen̄. xxviij. Sic chriſt⁹ poſt reſurrectionē ſuā apparuit primo marie magdelene afflicte. deinde petro. poſtea duob⁹ diſcipulis euntibus in emaus. Luce vlti. Stephano in ſua paſſiōe oſtendit celos apertos ⁊ ei apparēs ſeipſum ſtantem a dextris dei oſtēdit. Act. vij ¶ Apparuit q̄n̄qꝫ ad temptādum ⁊ probandū. Sic apparuit abrae temptans eū vt tolleret filiū ſuū ⁊ ſuper vnū montium offerret in holocauſtum vt habetur. Gen̄. xxij. Apparitiones ⁊ reuelationes angelorum. quere ſupra capi. xi.

## Capitulū. H.

### De incauto aſpectu

Aſpectus eſt incautus
Preceptoꝝ tranſgreſſiuus
Laſciuorum incenſiuus.

Aſpectus incautus eſt cauſa tranſgreſſionis oīm p̄ceptoruꝫ ⁊ cōmiſſionis oīm peccatoruꝫ. Nā prima mulier que pomū incaute aſpexit. trāſgreſſa eſt preceptū dn̄icum gule viciuꝫ letaliter cōmiſit. Gen̄. iij. Cham verenda patris incaute aſpexit tranſgreſſus eſt et in-

incurrit maledictionis effectū. Gen̄. ix. Timuit abraā ne ex incauto aſpectu homicidiū ſeq̄/ retur. Ideo dixit zare vxori ſue Si viderint te egiptij. occidūt me. ⁊ te ſeruabūt. vt habetur Gen̄. xij. Dyna volens incaute aſpicere mulieres regionis illi⁹ fuit violata a ſichem. vn̄ multa homicidia ſunt ſecuta Gen̄. xxxiiij. Herodes q̄z ſaltatricem aſpexit icaute caput io hānis pmiſit. ⁊ negter adim/ pleuit. Mat. xiiij. Mar. vi.

Aſpectus incautus accendit ⁊ fouet laſciuias ⁊ luxurias. ⁊ maxime aſpectus pulchritudinis mulieꝝ. Nā filij dei videntes filias hoim̄ꝙ eēnt pulcre vxores. quas elegerāt acceperūt. Gen̄. vi. Iudas q̄z Thamar aſpexit in biuio exarſit libidine. ⁊ cū ea peccauit. geneſ. xxxviij. Dn̄a mecphitica cui ſeruiebat Ioſeph. oculos iiecit ⁊ in eius ardens libidine eū moleſtauit. gen̄. xxxix. Vidit dauid mulierem lauare ſe ⁊ ex hoc adulteriū ⁊ homicidium perpetrauit. ij. Regum. xi. Holofernes iudith pulchram vi/ dens ⁊ ornatam ab eius pul/ chritudine fuit captus. ⁊ tan/ pter capite trūcatus. Iudith x. Videbant duo ſenes ſuſannam in pomerio ambulantem in eius concupiſcentia exarſerunt. Dan̄. xiij.

## Capitulū. 16.

De aſtucia ⁊ calliditate falſa

Aſtuti ſunt imitatores demonorum
Deceptores ſociorum
Suppreſſores ſociorum
Simulatores amicorum
Extinctores inimicorum
Celatores delictorum

Aſtuti ſunt imitatores diaboli. q̄ primus magiſter aſtutie ⁊ calliditatis fuit. ⁊ hoc in ſerpente qui erat callidior cunctis animantib⁹ terre q̄ primā mulierem ſua ſeduxit aſtutia. ⁊ callide nō ē aggreſſ⁹ vir. i quo maior prudētia reſidebat vt dr ge. xxx. q̄z ſathā corā deo veritati ⁊ ſctitati iob n̄ potuit derogare eū callide decipe voluit oīa auferēdo ⁊ inūctos ſimul venire faciendo vt multiplicato dolore ei⁹ ꝑ ipaciētiā frāgeret. Iob. i.

Aſtuti ſunt deceptores ſo/ ciorum ſuoꝝ ⁊ aliarū etiā per

ſonarum ⁊ ſemper nouas vi-
as ſubtilitatis ad decipiēdū
inuenerūt. Sicut laban mul-
tociens voluit iacob defraudere
in nuncii vxore. nunc in merce
de. ⁊ ſemper nouas aſtutias ex
quirendo. Gene. xxix. ⁊. xxx.
Cum laban ſcrutaretur omēz
ſupellectilem quā habebat ia
cob callide fuit a rachele ſilia
ſua. Geñ. xxxi. Filij iacob vo
luerunt prēm aſtute decipere
mittentes ei tunicā intinctam
ſanguine. vt crederet filium a
beſtijs deuoratū. Geñ. xxxvij
Sabaonite nouis aſtutijs io
ſue ⁊ filios iſrael decipere pro-
curauerūt. Joſue. ix. Pariter
circūitū fecerunt phariſei ce-
co nato vt eum verbis caperēt
⁊ monſtrarent mendacem. Jo-
han. ix. Aſtuti ſunt ſimu-
latores fingentes ſe eſſe quod
nō ſunt. Nam fratres Dyne
callide deceperunt ſichem. et
populū ciuitatis. religiōem ⁊
amicitiā ſimulantes. Geneſ.
xxxiiij. Sedechias prophetā
fecit ſibi cornua ferrea. verum
prophetā ſe ſimulans ⁊ fefel-
lit regem achab dicens. His
cornibus ſyriam ventilabis.
vt habetur. iij. Reg. xxij. Cal-
lide cogitauerunt phariſei de-
monſtrantes ſe velle honorare
ieſum dicentes. Magiſter. ſci-
mus q2 verax es ⁊ viā dei in
veritate doces. ⁊c. Et volētes
eum capere in ſermone. Mat.
xxij. Similiſe fecerunt cū ad-
duxerunt et mulierē in adul-
terio deprehenſam. Johan. viij
Aſtuti ſunt tyranni nouas
inueniētes aſtutias vt ſubdi-
tos ⁊ alios deprimant ⁊ occi-
dant. Sic fecit pharao q̄ no-
uas adinuenit aſtutias. vt fi-
lios iſrael expiraret. Exo. i. ⁊. v
Callide voluit ſaul facere oc-
cidi dauid. ſimulans ſe velle
eſſe conſanguineū eius. dans
ei filiaz in vxorē. i. Reg. xviij.
Scelerata nouā yezabel inue
nit aſtutiā vt vineaz auferret
naboth. vt eum occidi faceret
ſine culpa. iij. Re. xxi. Athalia
regia vt regnare poſſet oīe ſe-
mē regiū callide īterfecit. iiij.
Re. xi. Herodes tyranꝰ impius
callide cogitauit xp̄m occide-
re exq̄rēdo magis nūc īnocen
tes pueros occidēdo. Mat. ij.
Aſtutias ſubtiles inuenerūt ini
mici. vt poſſet vnus alium ſu
perare et decipere. ſic cogita-
uerūt callide philiſtei vt faber

ferrarius non inueniretur in iſrahel ne fabricaret arma vel gladios. ꝛ ſic eos facile ſuperarent. i. Re. xiij. Q: Abſalon inimicabatur amon qui eius ſororem oppreſit callide. vt eum occideret conuiuiū ordinauit. ij. Regū. xiij. Aſtute nūcijs ſenacherib loquebatur. rapſaceſ alta voce vt audiret populus q erat ſuper muros vt timēs ei traderet ciuitatem. iiij. Reg xviij. Satrape perſarum inimicantes danieli aſtute pcurauerunt ꝙ rex faceret decretum contra quod ſciebant danielem facturū. ꝛ ſic ipſe regi exoſus incurreret penam mortiſ Dan. vi. Calliditate quorundā inimicantium paulo in ciuitate lizoram vbi paulum voluerunt populi adorare vt deum. fuit poſtea paulus lapidatus Actuū. xiiij. Iudei callide paulum volebant educi. quē ipſi coniurauerunt occidendū Actu. xiiij. Aſtuti nitūtur ſua ſcelera occultare facta vel fictā aliquo velamie bonitatis ne cognoſcantur. Sicut Dauid aſtute voluit celare adulterium pietate qn miſit p vria vt cum vxore quieſceret ꝛ dormiret. i. Regū. xi. Nephandā aſtutiā tenuit amon q volens violare ſororem ſub ſpecie egritudinis iniquitatem celauit. ij. Regum. xiij. Ambitionem regni celabat aſtute Abſalō ſub pietate iudicij dicendo cancētibus. Videntur mihi ſermones tui boni ꝛ recti. ſed nō eſt qui te audiet a rege conſtitut⁹ ij. Reg. xv. Duo ſenes ſub pretextu iudicij iniquitatem peſſimam celauerūt. Dan. xiij.

## Capitulū. 17.

De auaricia ꝛ cupiditate terrena

Auari ſunt

Iurgiorum materiam exquirentes.

Theſaurorum pecuniā appetentes.

Iudiciorum iuſticiam peruertentes.

Sacrilegiorum nequitiā committentes.

Occiſorum maliciam incurrentes.

Proditorum peritiam exercentes.

Punitorꝝ triſticiam ſuſtinentes.

Auari et

amātes diuitias ſūt litigioſi ⁊ diſcoli. ſub cuiꝰ figura caī q̄ īterp̄tatur poſſeſſio abel frēm ſuum occidit. Gen̄. iiij. Propter nimiam ſubſtātiā Abrae et loth. non potuerūt habitare ſimul. propter paſtoꝝ iurgia vtriuſq3. Gen̄. xiij. Locupletatio yſaac paſtores ſui ⁊ cōuicinoꝝ iurgia inceperūt. Geneſis. xxvi. Propter hanc cauſam ſaluator noſter noluit ſe ītromittere de diuiſione terrene hereditatis cum ſuper hoc fuerit requiſitus. Luce. xij.

Auari nunq̄ꝫ temporalibꝰ ſatiantur. ſ3 ſemper acq̄rere et congregare nituntur In cuiꝰ figura dicit Cayn edificaſſe ciuitatē enoch noīe filij ſui. et nō abel. Nā ſancti ⁊ pauperes ꝓpt noluūt h habere manētem ciuitatē. ſ3 futurā inq̄rūt. Geneſis. iiij. Obtēta victoria de arphaxat nabuchodonoſor alia regna cupiuit. Judith. i. Adoleſcens iuuenis q̄ ſemper īhiabat ad plura receſſit triſtis cū audiuit a dn̄o. ꝙ nō ſolum plura nō q̄reret ſed relinqueret acq̄ſita. Mat. xix. Contra illos qui bona temporalia congregare nitūtur. dixit chriſtus ſimilitudinē diuitis. cuiꝰ ager fructꝰ vberes afferebat Lu. xij. Propter auariciam queſtuarioꝝ q̄ amplius volebāt acquirere. factum eſt vt paulus ⁊ ſilas fuerūt virgis ceſi. Actuū xvi. Ex auaricia vlterius congregandi pecuniā demetrius nomine argētarius ſeditionē in paulū concitauit. Act. xix.

Auari cupiditate ducti peruertunt rectū iudicium. ⁊ veritatem ī falſitatē commutāt Jdeo dixit yetro moyſi. Elige tibi conſiliarios hoīes deū timentes q̄ oderint auariciam q̄ſi diceret tales nō peruertūt veritatem. Exo. xviij. Balaaz ſeductus auaricia bn̄dictōez ppi in maledictionē cōuertit Nu. xxij. Filij Samuelis ſecuti ſunt auariciā vt iudiciuꝫ peruerterūt. i. Re. viij. Uinea Naboth fuit cauſa ꝙ falſi teſtes pducti fuerunt cōtra euꝫ iij. Reg. xxi. Per pecuniā corrupti cuſtodes ſepulcri mentiti ſunt dicentes. Q corpus chriſti per diſcipulos ſublatū fuerat. Mat. xxviij. Felix preſes qui a paulo pecuniam nō recepit. ipſum vero reſtituit libertati Actu. xxiiij. Auari

clerici ſymoniaz committunt
⁊ oblationes requirunt. vñ pau
ci ſunt hodie clerici qui faciãt
oblatões populo ꝓhiberi. ſicut
qui preerant operi templi. Ex
odi. xxxvi. Giezi propter aua-
riciam vendidit curationẽ na
aman. quam heliſeus fecerat
gratis mũera recuſando. iiij.
Regũ. v. Menelaus propter pe
cuniã quã promiſit androni-
co habuit ſacerdotiũ. ij. mach.
iiij. Sacerdotes propter aua-
riciam permittebant vendi in
tẽplo oues ⁊ columbas. mat.
xxi. Auari propter ſuã cupi
ditatem multociens incurrũt
mortem. Nam achior cupidi-
tate ductus tulit de anathe-
mate iericho. ideo fuit morti ad
iudicatꝰ. vt habetur Joſue. vij
Nabal qui nũcijs dauid fu-
it nimis auarus. vere totã ſub
ſtantiam ⁊ vitã perdidit. ſed
niſi ꝙ propter largitatẽ ⁊ pru-
dentiam vxoris euaſit. i. Reg.
xxv. Quia ſemei ex auaricia
exiuit ſeruos requirere. fecit eũ
ſalomon occidi. iij. Re. ij. Pro-
pter hanc cauſaz dixit iudas
cõmilitõibus ſuis. nõ cõcupi-
ſcatis ſpolia. quia bellum con
tra vos eſt. quaſi diceret. Fa-
ciliter occidimini. i. Machab.
iiij. Obſidentes fures corru
pti pecuniam dimiſerũt quoſ
daz. ideo ſunt occiſi. ij. Mach.
x. Creditur iudeos corruiſſe ĩ
prelio. quia inuenta ſunt do-
naria ydolorũ ſub tunicis in-
terfectorum. quod prohibeba-
tur eis. ij. Machabeoꝝ. xij.
Auari vt pecuniam habeant
proditiones exercent. ⁊ amicꝰ
ſupplantat amicum. Naz da
lida propter pecuniam Sam
pſonem tradidit quẽ prius di
ligere oſtẽdebat. vt dicitur Iu
dicum. xvi. Judas ſcarioth ꝓ-
pter cupiditatem decime quã
perdidit de vngento criſtum
tradidit et vendidit. a quo tot
⁊ tanta receperat beneficia. vt
habetur Matthei. xxvi.
Auari ſunt grauiter punien-
di et corrigendi a prelato. ⁊ gra
uiter puniuntur a deo omni-
potenti. Nam precipua occa-
ſio reprobationis Saul vide
tur fuiſſe cupiditas quam ha
buit in preda Amelech. vt ha-
betur primo Regum decimo-
quinto. Opprimentes alios ꝑ
vſuras et exactiões neemias
grauiter increpauit. Ne. i. Pto
lomeus vituperauit alexãdrũ

quia regnum eius per auari/
tiam concupiuit.i. Macha.xi
Acerbe eſt punitus diues e/
pulo qui fuit de micis panis
lazaro auarus. Luce.xvi. Em
ptores boum ⁊ villarum.i.mo
bilium et immobilium ſūt ex
cluſi a cena magna quā domi
nus preparauit. Lu.xiiij. Ter
ribiliter punita eſt auaritia a
nanie ⁊ zaphire per apoſtolum
petrum.qꝛ ſubitanea morte oc
cubuerunt. Actuū.v.

## Capitulū.18.

De verbi dei auditu.

Audiri debet verbū dei
Cum fidelitate credendi.
Cum ſinceritate reuerēdi.
Cū aſſiduitate ad implendi..
Cum volūtate penitendi
Sine timptetate reſiſtendi

Audiri de/
bet verbum dei cū
credibilitate ⁊ fide. Ideo cū a/
aron verba domini locut⁹ fu
iſſet ad populum.credidit po/
pulus omnis.⁊ proni adora/
uerūt.vt publice habetur Ex
odi.iiij. Poſt aduentum ſpiri
tusſancti multi qui audierūt
verbum dei.crediderunt.⁊ cre
uit eccleſia. Actu.iiij. Gētes
audientes ꝙ paulus ⁊ Bar/
nabas predicarent gauiſi ſūt
⁊ crediderūt. Actu.xiij. Pau
lo et Barnaba predicantibus
yconij audierunt multi cum
auiditate crediderūt. Actuū
xiiij. Intrante paulo in ſyna/
gogas beroni audierūt multi
cum auiditate ꝗ crediderunt.
Actu.xvij. Audiri debet ver
bū dei cū reuerentia ⁊ deuoti
one cordis ⁊ geſtus. Ideo eglon
rex ſtatim ſurrexit de ſolio qū
aioth dixit ei. Verbū dei ha
beo ad te.o rex maximam re/
uerentiaꝫ exhibens verbo dei
Iudi.iij. Heli docuit ſamuelē
vt reuerenter diceret. Loquere
domine.quia audit ſeruus tu
us.i. Regum.iij. Legit eſdras
verba legis a māe vſqꝫ ad me
diā diem.⁊ aures populi erāt
erecte ad librū.ij. Eſdre. viij.
Hoc eſt neemie.viij. Reuerē
ter audiebat Maria ſoror mar
the.que ſedens ſecus pedes do
mini audiebat verba illi⁹. Lu.
x. Loquebatur ieſus docēs in
templo.⁊ omnis populus ſu
ſpenſus erat audiens verbū
eius. Luc.xix. Reprehendētes
ſe diſcipuli de ignorantia co/

gnitione chriſti dicebant ad-
inuicem. Nonne cor noſtruz
ardēs erat in via dum loque-
retur nobis. Luce. xxiiij. Pre-
dicāte philippo in Samaria
intendebant turbe deuote hiſ
que dicebātur ab eo. Act. viij
¶ Audiri verbum dei nō ſuf-
ficit niſi homo adimpleat ope-
re illud quod audit. Ideo dixit
populus moyſi. Omnia ver-
ba que locutus eſt dominus
faciamus. Exo. xxiij. Iob di-
xit domino Auditu auris au-
diui te. ꝛ poſt pauca ago peni-
tentiā in fauilla ꝛ cinere. Iob
xlij. et vlti. Herodes licet peſſi-
mus audiebat iohannē. ꝛ au-
dito eo multa faciebat. Mar.
vi. In fine ſermonis in monte
dixit ieſus. Omīs qui audit
verba mea ꝛ facit ea ſimilabi-
tur viro qui edificauit domuz
ſuam ſupra firmam petram.
Mat. vij. Mulieri dicenti be-
atus venter qui te portauit di-
xit chriſtus Beati qui audiūt
verbuz dei ꝛ cuſtodiunt illud
Luce. xi. Eſtote factores verbi
ꝛ non auditores tantuz. Iaco-
bi. i. Auditus verbi dei cōuer-
ti facit peccatorez ab errore vie
ſue. Ideo dixit dominus Iere-
mie. Noli ſubtrahere verbuz.
ſi forte audiant ꝛ conuertātur
Ieremie. xxvi. Verbum predi-
cationis Ione venit ad regem
ꝛ conuertit eum. ꝛ populuz to-
tius ciuitatis niniuē. Ione. iij.
Poſt predicantem chriſtuz in
nauicula petrus et alij relictꝭ
omnibus ſecuti ſunt eū. Lu.
v. Videntes diſcipuli ꝙ ꝑ pre-
dicationem conuertebantur i-
fideles dixerunt multitudini
Non eſt equum nos derelin-
quere verbum dei ꝛ miniſtra-
re menſis. ꝛ tamen ille menſe
erant pauperum ꝛ viduarum
vt oſtenderēt ꝙ predicatio ver-
bi dei ad homines conuerten-
dum preualet operibus miſe-
ricordie corporalis. Actuū. vi.
Quia eunuchus audiuit ver-
bum domini a philippo con-
uerſus ꝛ baptiſatus eſt. Actu.
viij. Predicatio petri ꝛ ammo-
nitio angeli cornelium cōuer-
terūt. Act. x. Lidda purpura-
rea ad predicationem pauli eſt
conuerſa. vt habetur Actu. x.
Paulo loquente de reſurrecti-
one mortuorum Dyoniſius ar-
eopagita credidit. Actu. xvij.
¶ Audire verbum dei nolunt
mali et incorrigibiles ne con-

ſdertantur. Ideo dixit moyſes
dño filij iſrael nõ me audiũt.
ꝛ quomõ audiet me Pharao.
Exo. vi. Rex achab noluit au
dire micheã prophetã. qꝛ nõ p/
phetauit ei niſi malum. ſicut
ipſe merebatur habere. iij. Re/
gum. xxij. Dixit dñs ezechie
li. domus iſrael nolunt audi/
re te. qꝛ nolũt me audire. quia
domus exaſperans eſt. Ezech.
iij. Iudei obdurauerũt aures
ſuas vt nõ audirent ſtephanũ
ꝛ audientes diſſecabant cor/
dibus ſuis. Actuũ. vij. Cum
audiſſet quidam paulũ de re
ſurrectiõne mortuoꝝ irridebãt
eum. Actuum. xvij.

## Capitulũ. 19.

De auiditate mulierum.

Auide ſunt mulieres in ve
titorum prohibitione
Filiorum impetratione.
Genitorum pſperatione
Sublimoꝝ cumulatione.
Secretorum reuelatõne
Inimicoꝝ vindicatõne
Gaudioꝝ ſecretoꝝ enarratõe

Auide ſunt
mulieres ſemper de
ſibi prohibitis ꝛ amplius de/
ſiderant vetita Ideo pria mu/
lier de conceſſis fructibus co
mediſſe nõ legitur. nec eos de
ſideraſſe. ſed ſolũ vetitũ cõcu/
piuit. ꝛ viro ſuo attulit ad co
medendũ. Gen. iij. Uxor loth
voluit cõtra phibitiõem retro
ver poſt tergũ reſpicere vt ver
ſa eſt in ſtatuã ſalis Gen. xix
Dyna contra licentiã patris
ꝛ fratrũ voluit videre mulie/
res regionis illi9. ꝛ oppreſſa eſt
a ſichem. ꝛ ſic de illis q̄ volũt
videre viros ꝛ videri ab eis. vt
habetur Gen. iij. Dña cui ſer
uiebat Joſeph. qꝛ ſciebat adul/
terũ a naturali lege fore phi
bitũ auide ſolicitabat eũ ad
peccandum. Geneſ. xxxix
Auide ſunt mulieres habere
filios vt carerent ſterilitatis
opprobrio. Ideo zara ita deſide
rabat filios ꝙ potius voluit
abraam habere filios de an/
cilla ꝙ nõ habere credẽs de ſe
nũꝙ poſſe filios generare Ge
ne. xvi. Filie loth potius volu
erũt habere filios de prẽ pprio.
ꝙ filios nõ habere. Gene. xix
Rachel vidẽs ſororẽ fecundã
dixit marito. Da mihi liberos
alioquin morior. Gen. xxx. An/
na deſiderio habendi filios fle
bat. ꝛ nõ capiebat cibũ. i. Re. i.
Multũ deſiderabat. illa mult

ex ꝓprium filiū que rapuerat alienū. iij. Regū. iij. ¶ Auide sunt mulieres de ꝓfectibus ⁊ ꝓsperitatibus filioꝝ. Jō mulier sūamitis voluit ire ad heliseum ꝑ suscitatione filij q̄uis vir eius plenā licentiam nō cōcessisset. iiij. Re. iiij. Uxor thobie quotidie respiciebat viam vt videret filium prospere venientē. Tho. x. Mulier chananea sic feruide desiderabat filie sanitatē. ꝙ dn̄m pluries pro ea rogauit. ⁊ plura obprobria sustinens nō desistit donec quod petierat impetrauit. Mat. xv. Mater filioꝝ zebedei sic auida fuit pro filioꝝ ꝓsperitate ꝙ accessit ad iesum. ⁊ petijt filios ante laborē remunerari. Mat. xx. ¶ Auide mulieres possūt habere possessiones ⁊ gloriā. Jō aza filia caleph obtinuit terrā irriguam. q: suspirās affectuosissime postulauit Josue. xv. Ita cōcupiuit yezabel vineā naboth qd̄ fecit eum iniuste lapidari. iij. Re. xxi. Athalia cōcupiscēs gloriā ⁊ possessionē regis oēm semē regiū excepto ioas abscōdito interfecit. iiij. Re. xi. ¶ Auide sūt mulieres scire secreta viroꝝ. ⁊ q̄nto magis eis occultātur. eo amplius scire desiderāt. s3 nullū secretū cōtineāt. Un̄ vxor sampsonis tm̄ īstitit ꝙ et sampson reuelauit secretā ⁊ ꝓpositiōem obscurā quā parentibꝰ noluit reuelare. q̄ eā postea ꝓpalauit. Jud. xiiij. Dalida sua iportunitate deuicit sampsonē. vt ei se panderet fortitudīs sue. qd̄ secretū philisteis postmodū reuelauit. Jud. xvi. Auide sūt mulieres ad vīdictā ⁊ nō parcūt nisi vlciscātur. Un̄ hester nō fuit cōtēta de vīdicta amō suspēsi. ⁊ ccccc. viroꝝ occisoꝝ. s3 ī crastinū fecit ceteros trucidari. Hester. ix. Herodias sic desiderabat vīdictā de iohāne ꝙ dixerat cōtra eā. ꝙ magis elegit petere herodi caput iohannis ꝙ dimidiū regni sui. mar. vi. Mat. xiiij. Dixit xp̄s exēplū de vidua q̄ multū fuit molesta iudici vt eā de aduersario vīdicaret. Lu. xviij. Auide sūt mulieres secreta gaudia sui cordis exprimere ⁊ alijs reuelare vn̄ īterrogata rebecca si vellet ire cū seruo abraā ad maritū suū leticiā volens ondere. nō dixit sibi. placet vobis. sed letanter dixit vadā. Ge. xxiiij.

¶Puella nomine rode pre gau-
deo non apparuit petro. ſed q̄
petrus adeſſet letanter cucur-
rit intro ſtantibus nunciare.
vt habetur Actuū. xij.

## Capitulū. 20.

De auxilio dei
¶Auxilium petendum eſt a
deo. quia ſolus
¶Auxiliator in tribulatione
¶Solus in temptatione
¶Solus in contemplatiōe.

Primus auxiliator in tribulatione poſitus. pſalmiſta. Da nobis auxilium de tribulatiōe. Et hoc tripliciter conſeruādo ſiue defendendo. pſalmi. Mittat tibi auxilium de ſancto. ⁊ de ſyon tueatur te. Iſaie. l. Dominus deus auxiliator meus ⁊ ideo non ſum confuſus. Item confortando. pſal. Manus enim mea auxiliabitur ei. Item ſpem glorie donādo. pſ. Deus auxilij mei ⁊ ſpes mea in deo eſt ¶Auxiliator deus ī pugna temptationis. ij. Paralipo. xxxij. Cum ſennacherib brachium carnium eſt nobiſcum dñs deus noſter auxiliabitur noſtri. Item hoſtes debellando. Iſa. xxx. Egiptus homo et non deus ⁊ equi eorum caro ⁊ non ſpiritus. Inclinauit dominus manum ⁊ corruet auxiliator et cadet ꝓpter hoc dicebat yſaie. Ecce dominus deus auxilium meum. q̄ eſt qui me contemnet ¶Item corroborando. ij. Parali. xxvi. Egreſſum eſt nomen ozie procul eo q̄ auxiliaretur ei dñs ⁊ corroboraſſet illum ¶Auxiliator deus in contemplatiōe Deute. penulti. Beatus es tu iſrael. quis ſimilis tui popule qui ſaluaris in dño ſcutū auxilij tui. ⁊ gladius glorie tue. ¶Item gratiam infundendo Hebre. iiij. Adeamus cum fiducia ad thronum glorie eius. vt miſericordiam conſequamur ⁊ gratiam in auxilio oportūo. ¶Item mittendo. pſal. Leuaui oculos meos in mōtes vnde veniat auxiliū mihi ¶Itē concupita et petita ad libitū faciendo. pſal. Btūs vir cuius auxilium eſt abs te. beat⁹ em̄ eſt cui oīa optata ſuccedunt.

## Capitulū. 21.

¶De baptiſmo chriſtianorum.

# Ca. 21. De baptiſmo chriſtia

¶ Baptiſmus chriſtianoꝝ eſt
Demonſtratus in figuris
¶ Prophetatus in ſcripturiſ
Roboratus xp̄i actis

Baptiſmus prefiguratus fuit in figuris antique legis. Nā figuratus fuit per mare rubrū. in quo filij iſrael liberati ſūt. id eſt xp̄iani. ⁊ Pharao. i. diabolus cum ſuis ſequacibus eſt ſubmerſus. Exodi. xiiij.

Per aquam ſignabatur baptiſmus. in quam heliſeus miſit ſalem. i. chriſtus gratiā vt ei⁹ ſceleritas ſanaretur. vt lucide habetur. iiij. Regum. xx. Septima lotio naaman in iordane que eum mundauit a lepra ſignat ſeptē dona ſpiritusſancti mundancia hominem baptiſatum. iiij. Regum. v.

Baptiſmus prophetatus fuit in ſcripturis a prophetis antiquis ⁊ nouis. Nam deeo ꝓphetauit Ezechiel dicens. Effundam ſuper vos aquā mūdam. ⁊ mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris. Ezechie. xxxvi. Johannes baptiſta eximi⁹ prophetarū prophetauit ⁊ predicauit baptiſmum. ⁊ incepit eum ⁊ chriſti baptiſmum prophetice nunciauit. Mat. iij. ¶ Baptiſmum conſecrauit ⁊ approbauit xp̄s quando baptiſatus eſt a Johanne. et ſpiritusſanctus apparuit in columbe ſpecie. vt aliquis virtutem tribueret ſalutarem. Mat. xxx. ⁊ Luc. iij. Precepit chriſtus baptiſmū fieri de neceſſitate. cum dixit Niſi quis renatus fuerit ex aqua et ſpiritusſancto non intrabit regnum celorum. Johānis. iij. Predicari etiam xp̄s voluit baptiſmū. ⁊ formā baptiſandi tradidit dicens. Euntes docete omnes gentes baptiſantes eos in nomine patris ⁊ filij et ſpiritusſācti amē Mat. xxviij. In baptiſmo ⁊ fide oſtendit chriſtus eſſe ſalutē noſtram dicens. Qui crediderit ⁊ baptiſatus fuerit ſaluus erit. Mar. vlti.

## Capitulum. 22.

De bñdictiōe dei ad hoīez
¶ Benedictiōem dei recipiūt
Coniugioꝝ ꝑfecti obſeruatores.
¶ Preceptorum ſubiecti executores

## Ca. 22. de benedic. dei ad hoiē.

Flagellorꝫ electi ſupportato
res
Auditorꝫ accepti operatores
Deuotorꝫ dilecti hoſpita-
tores

# Benedixit

deus exn̄tibus ī ma
trimonio ad filios procreandū
ſicut bn̄dixit ade ꝛ eue dicens
Creſcite ꝛ multiplicamini ꝛc.
Gen̄.i. Noe etiā ꝛ filijs eius
bn̄dixit dicēs. Creſcite ꝛc. ge
neſ.ix. Bn̄dixit deus obedi
entib⁹ p̄cepto eius. vñ dixit ad
abraā. egredere. Bn̄dicā tibi ꝛ
magnificabo nomen tuū. Ge
neſ.xij. Aſcenſurus in celū
ſaluator eduxit diſcipulos in
bethania in montē oliueti: q̄
bus obedientib⁹. eleuatis ma
nibus bn̄dixit. Lu.xxiiij.
Bn̄dixit deus tribulatis tri
bulatōes patiēter portātibus
Sic benedixit deus abraam
de yſmahele eiecto ꝛ tribula
to dicens. Ecce bn̄dicā ei ꝛ au
gebo ꝛ multiplicabo eū valde.
Gen̄.xvij. Job bn̄dixit. qꝛ pa
tiens fuit ꝛ reſtituit ei dupli
cia. Job.xlij. Benedixit de
us iuſtis ꝛ bene op̄antib⁹. au
gendo eis bona temporalia et
ſp̄ualia. ſic bn̄dixit yſaac ꝛ iacob
p̄ficiens. Gen̄.xxvi. Jacob lu
ctaturus cū angelo dixit. nō
dimittam te niſi benedixeris
mihi. ꝛ benedixit ei in eodē lo
co. Gen̄.xxxij. Operibus ma
nuū iob deus benedixit. ꝛ poſ
ſeſſio eius creuit ī terra. Job.i.
Deſideranda eſt illa bn̄dictio
quā daturus eſt dominus iu
ſtis et bene operantibus ī die
iudicij dicens. Venite bene
dicti p̄ris mei p̄cipite regnum
ꝛc. Mat.xxv. Benedixit de
us recipientibus ſanctos ho
mines. vel ſanctas reliquias
hoſpicio. Sic dixit iacob ad
laban. Modicū habuiſti ante
q̄ venirem ad te ꝛ nunc diues
factus es. ꝛ benedixit tibi de
us propter aduentū meū. Ge
ne.xxx. Propter ioſeph benedi
xit deus domui egipcii. ꝛ mul
tiplicauit in omnibus. Gene.
xxxix. Habitabat arca dn̄i in
domo obededom tribus menſi
bus ꝛ benedixit deus domui
obed edō. vt habetur. ij. Re. vi.

## Capitulū .23.

De benedictione hominis
ad deum

Bn̄dicere debet homo deo

¶Pro ſupatõe decertationũ
Pro acqſitõe illuſtrationũ
¶Pro adeptõe pfectionum
Pro pmotione prelatõrum
¶Pro effuſione orationum
Pro euaſione tribulatõnũ
¶Pro cognitõe retributionũ

Benedicere
debet homo deo pro
obtentis victorijs corporalibꝫ
inimicoꝝ. Jdõ melchiſedech oc
currens abrae poſt victoriam
quam habuerat ipſe de qua/
tuor regibus dñm pro obtẽta
victoria benedixit. vt habetur
Geñ.xiiij. Obtenta victoria
de zizara delbora ⁊ barat ceci
nerunt dicentes. Qui ſponte
obtuliſtis aı̃as vrãs de iſrael
ad periculum bñdicite deo. Ju
di.v. Poſt victoriã quã habu
it dauid de golıa dicitur fe
ciſſe pſal. ſcꝫ. Bñdict9 dñs. ⁊c.
.i. Re.p vij. pſalmo. cxliij. Ozi
as princeps videns Judith
cũ capite holofernis benedixit
deũ. Judith. xiij. Obtenta vi
ctoria ⁊ edificato altari ſub iu
da machabeo benedixit popu
lus dñm. i. Macha. iiij. Heli/
odoro volente ſpoliare templũ
ſed terribiliter flagellato. bñ/
dixerunt deum. ij. Macha. iij
¶Benedicere deuꝫ homo de
bet pro acquiſita vel acquirẽ
da ſapientia. Jdeo cum audiſ/
ſet hiram verba ſalomonis. ait
Benedictus deus qui dedit
dauid filium ſapientẽ. vt ha
betur. iij. Re. v. Cum aperuiſ/
ſet librum eſdras. vt inſtrue/
ret populũ bñdixerũt dño tp̃e
⁊ populus. Nee viij. Thobias
inſtruens filium ſapientiam
docens inter cetera dixit ei. oı̃
tẽpore benedic domino. Tho
bie. iiij. Daniel qui accepit ſa
pientiam et reuelatõnes a do
ait. Benedictus deus q̇ dat
ſapientiam. Dañ. ij. Bene/
dicere debet homo deo pro cõ/
plemento ⁊ perfectõe cuiuſli
bet operis boni. Sic ſalomon
edificato templo bñdixit deo
qui dedit gratiam complẽdi
opus ſuum dicens. Benedi/
ctus dominus deus iſrael q̇
locutus eſt ad dauid patrem
meũ ⁊ cõpleuit. iij. Re. viij. Cõ
pleto muro ieruſalẽ ſub eſdra
⁊ neemia dixerũt leuite. Sur
gite bñdicite dñi nrm̃ ab eter/
no. nee. ix. cõpleta pmiſſõe ſci
ſymeõi ą ſpũſcõ accepit xp̃m ⁊
bñdixit dm̃ di. nũc dimit. lu. ij

# Capitulum .14.

Bn̄dicere debet homo deo in electione ⁊ promotione boni prelati ⁊ iusti principis. Ideo facto principe Asaph ad confitendum domino sequitur. bn̄dictus dn̄s. ⁊c. j. Parali. xvi. Videns esdras animum artaxersis regis esse bonum dixit. Benedictus deus patruz nostrorum qui dedit hoc ī corde regis. j. Esdre. vij. Benedicere debet homo deo in oratiōe ⁊ maxime in ecclesia. Ideo sara fil'a raguelis orando dixit. Benedictum nomen tuū de' qui cum iratus fueris misericordiam facis. Thobie. iij. P' ascensionem domini erāt ī tēplo discipuli orantes ⁊ benedicentes deum. Luce. xxiiij.

Bn̄dicere debet homo deo pro cessatione tribulationum. Ideo raguel et uxor eius videntes ꝙ demon thobiam nō vexaret dixerūt. Benedicimus te dn̄e deus israel. quia non cōtigit nobis ut putabamus. Thobie. viij. Ananias et socij liberati a flamma fornacis benedixerunt domino. Et similiter nabuchodonosor deuz ꝓ eorum liberatione plurimū benedixit. Dan̄. iij. Petrus apostolus tribulationes patiens dicebat. Benedictus de' ⁊ pater domini mei Jesu christi. pater misericordiarum. ⁊ de' totius cōsolatōnis qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. j. Petri. j. Benedicere debet homo deo pro receptis beneficijs gratias referēdo. Jō raguel sollicite monuit thobiā ⁊ filiam. ut ꝓ receptis beneficijs benedicerent deum celi. ⁊ omnia eius beneficia ⁊ mirabilia narrarent. Thobie. x. De recuperato visu ⁊ auditis sermonibus raguelis Thobias dn̄m bn̄dixit. Thob. xij. Machabeus ⁊ qui cum ipso erant audientes auxilium a domino sibi missum. benedixerunt dominum. ij. Macha. xi. Zacharias recepta prole. ⁊ soluto vinculo lingue eius prophetauit dicens. Benedictus domin' deus israel. Luce. j.

# Capituluz. 24.

De benedictione hominis ad hominem

Benedicere debet hō illico
Bellatorum victoribus
Genitorum pignoribus.
Hospitorum cultoribus

Egenorum factoribus
Et bonorum actoribus

# Benedicere

Debet homo deo ad ac
quirēdā victoriā. Jdeo melchi
ſedech benedixit abrae reuertē
ti cuꝫ victoria quo fuerat pro
iuſticia preliatus. Geñ. xiiij.
Jn cantico pro victoria habita
de zizara dicitur. Benedicta
inter mulieres iahel. Ozias
pīceps populi dixit ad iudith
que decapitauerat holofernez
Benedicta tu es filia a domi
no deo excelſo. ꝛc. Judith. xiij
Bñdicere debet hō filijs ſu
is ꝛ propinquis ſic reuerten
ti cum victoria quo fuit p̄ iu
ſticia preliat⁹. Geñ. xiiij. Flen
te eſau dixit pater eius. Jn ro
re celi ꝛ pinguedine terre deſu
per erit benedictio tua. Gene.
xxvij. Jacob bñdixit filio ſuo
Joſeph et duobus filijs eius
dicens. Benedicat deus pue
ris his. ꝛ poſt modicum bene
dixit omībus filijs ſuis. Ge
neſis. xlix. Raguel benedixit
filiam tradens eam thobie di
cens. Deus ſit vobiſcum qui
coniungat vos et impleat be
nedictionem. Thobie. vij.
Bñdicere ꝛ ſalutare debet ho
mo hoſpites ſuos. ſicut pha
rao poſtq̄ Joſeph introduxit
patrem ſuum iacob benedixit
ei interrogans eum de tempo
re vite ſue. Geñ. xlvij. Raguel
oſculatus thobiam hoſpitem
ſuum pre gaudio fleuit et ait.
Benedictio ſit tibi fili mi: q2
boni ꝛ optimi viri es fili⁹ Tho
bie. vij. Gabelus inueniēs tho
biam hoſpitem in domo ragu
elis bñdixit ſimiliter modo Tho
bie. ix. Veniente maria ad do
mum elizabeth. ꝛ ſalutata ea
exclamauit elizabeth dicens
Benedicta tu in mulierib⁹ et
bñdictus fructus vētris tui.
Luce. i. Benedicere debent p̄
lati ſubditos ſuos. Jdeo dixit
dominus moyſi. ſic benedices
filios iſrael Benedicat tibi do
minus deus tuus et cuſtodi
at te. Numeri. vi. Extendens
manum aaron ad populuꝫ be
nedixit eis. Leuitici. ix. Non
ſolum prelati boni. ſed etiam
mali debent benedicere ſub
ditos ſuos. Jdeo dixit balaaꝫ
Ad benedicendum duct⁹ ſuꝫ
benedictionem prohibere non
debeo ꝛ nō potero. vt habetur
Numeri. xxiij. Conuertit ſa

lom̄ faciē in ſuā et bn̄dixit oī
iſrl et omnis eccleſia ſtabat
iij. Re. viij. Cū dauid obtuliſ
ſet holocauſta bn̄dixit populo
in noīe dn̄i. i. Pa. xvi

¶ Benedicere debent paupe-
res benefactoribus ſuis. Ideo
dixit moyſes populo. Non ꝑ
noctabit apud te pignus pau
peris vt dormiens in veſtimē-
to benedicat tibi. Deut. xxiiij
Neemi videns ꝙ boos bene-
dixit ruth mirati ſūt et paupe-
ri et vidue benedixit et dicens
Benedictus ſit a dn̄o. qr gra-
tiam quam ſeruauerat viuis
ſeruauit et mortuis. Ruth. ij.

¶ Bn̄dicere debet hō bn̄ ope-
rātes et ſancta opa facientes
Iō Ioſue dixit rubenitis et ga
aditis feciſtis oīa q̄ ꝑcepit mo
yſes Et ſequitur benedixit eis
Ioſue. xxij. Qr ruth caſte viue
rat et bene fuerat operata. Bo
os benedixit ei. Ruth. iij. Heli
ſacerdos bn̄dixit helchane et
vxori eius orātibꝰ et offerenti-
bus in tēplo. i. Re. i. Nūciatū
eſt dauid ꝙ viri iabes gala-
ad ſepeliſſent ſaul mortuū di
xitqꝫ ad eos bn̄dicti vos a do
mino ꝙ feciſtis miſericordiam
hanc cū dn̄o veſtro ſaul et ſepe
liſtis eum. ij. Regum. ij.

## Capitulum. 25

De benignitate dei.

¶ Benignus eſt deus exorā-
tibꝰ ꝓ alienis delictis
Tollerantibus et habenis
aſtrictis
¶ Operantibus celi cenis a
ſcriptis
Decertantibꝰ ſed effrenis
deuictis
¶ Iam peccantibus et peni-
tentibus delictis
¶ Egrotantibus morbi penis
afflictis.

BEnignus
eſt deꝰ operantibus
pro peccatoribus. Vn̄ abrae
petenti a dn̄o vt parceret ſodo
mitis qui cū multa fiducia
loquebatur ſemꝑ benigne rn̄-
dit. et ꝙuis abraam viſus fu-
iſſet hominibus importunus
dominus ei quod petebat be-
nignus cōceſſit. vt liquide pōt
tur Gen. xviij. Dixit domi-
nus moyſi. cerno ꝙ populꝰ iſte
dure ceruicis eſt. dimitte me
vt iraſcatur furor meus et dele
am eos. quaſi benigne diceret
Tu tenes me benigne ꝑ eis o

cādo. Exo. xxxij. Similia di/
cebat ieremie oranti p populo
quē volebat propter pctā dele
re. Jeremie. vij. Benign⁹ eſt
dñs tribulatōem ſuſtinētib⁹:
Jō fugiēti iacob irā fratris do
minus benigne apparuit. ⁊ re
uertentē benigne ab inſecuti
one defendit. Gen. xxxij. Lo/
q̄batur dñs moyſi vt amico
⁊ ipſum a detractoribus plu/
ries liberauit. Nu. xij. xiiij.
Helie anguſtiato coru⁹ panes
⁊ carnes dei cuȝ benignitate
ferebant. iij. Re. xvij. Eidē he
lye feſſo ⁊ tribulato de⁹ panē
⁊ aquā p angeluȝ deſtinauit.
Regū. iij: ⁊. xix/ Cū azaria ⁊ ſo
cijs eius ī fornace vidit Na/
buchodonoſor ſimilē filio dei
ad pbandū q̄ ſemp de⁹ eſt cū
tribulatis ſuſtinētib⁹ pacien
ter. Dan. iij. Danieli exñti in
lacu leonū deus benigne mi/
ſit cocinū p abacuk de longin
quo. Dan. xiiij. Diſcipulis de
chriſti receſſu tribulatis ipſe
ſpm̄ paclitū pmiſit ⁊ dedit. Jo
hā. xiiij. actu. ij. Petrū fluctu
antē in mari dñs eū benigne
d fluctib⁹ liberauit. Mat. xiiij
Stephano poſito ī tribulatōe
martyrij dñs benigne celū a/
pertū ⁊ ſe ip̄m oñdit. Actu. vij.
Johānes exiſtēs in pathmos
a deo eſt multis reuelatiōib⁹
cōſolatus. Apoca. p totū. Su
ſanna exiſtēs in maximis tri
bulationibus ⁊ periculo mor/
tis deus eā miſericorditer per
danielē liberauit. Dan. xiij.
Latronem clamantem in ſuis
tribulationibus conſolat⁹ eſt
cum dominus dicens. hodie
mecum eris in paradiſo. Luce
xxiij. Jonā qui deglutitus fu
it a piſce dñs miſericorditer li
berauit. vt dicitur Jone. ij. Ex
his omnibus colligitur beni/
gnitas dei omnipotentis.
Benignus eſt deus iuſtis et
recte viuentibus. Jdeo iacob
qui fideliter vixerat ⁊ fiducia
liter dicebat. Non dimittaȝ
te niſi benedixeris mihi beni/
gne benedixit ei. Gene. xxxij.
Ezechias rex dixit. Dñs ppi
ciabitur cūctis q̄ in toto cor/
de q̄rūt deū. ij. Paralip. xxx.
Miſit dominus benigne an/
gelū raphaelem qui thobiam
duxit incolomem ⁊ reduxit.
Thobie. v. vſq; ad. xij. Magda
lenā pro opi intēdenti xp̄s beni
gne diſcipulis murmurantib⁹
excuſauit mat. xxvi. mar. xiiij

# Ca.74. De benignitate dei

Exaudiuit dominus innocē
tem ſuſannam et benigne eā
ab iniuſtis ſenibus liberauit
Dan̄.xiij. Diſcipulos iuſtos
chriſtus benigne defendit tē
pore paſſionis dicens. Si er-
go me queritis: ſinite hos ab-
ire. O quanta benignitas. Jo
han.xviij. Benignus eſt do
minus preſtantibus pro iuſti
cia eos confortando ꝛ adiuuā
do. Jdeo obediuit dominus vo
ci ioſue dicenti. Sol cōtra ga
baon non mouearis. Joſue.x.
Gedioni dedit benigne bis ſi-
gnum in vellere ꝙ de hoſtibꝰ
victoriam obtineret. Judi.vi.
Machabeus ꝛ qui cū eo erant
bis a deo auxilium acceperūt
i.Macha.x. Benignus eſt
dominus peccatoribus ꝛ ſpe-
cialiter volētibus penitere. Jō
benigne pepercit dauid confi
tenti peccatum cum a nathā
exiitit reprehēſus. vt dicitur
ij.Regū.xij. Licet poſteri Da
uid multipliciter peccarēt ta-
men dominus multociens pe
percit eis. iiij.Regū.xviij. Pre-
parauit dominus piſcem ꝗ re
cepit ionam ꝙuis iuſte ex ino
bedientia puniretur. Jone.ij.
Statim poſt vocatiōẽ mat-
thei benigne cum peccatoribꝰ
manducauit. Mat.ix. Mar.ij.
ꝛ Luce.v. Magdalene pīte pec
cata pepercit vt a murmurā-
te phariſeo eam defendit Luc.
vij Exemplum chriſti de filio
prodigo maximā chriſti beni-
gnitatem ad peccatores oñdit
Luce.xv. zacheus publicanuſ
qui criſtum deſiderabat vide
re benigne fuit a domino viſi
tatus. Luce.xix. Latroni pītē
ti ſui a chriſto memoriā in bre
ui promiſit tempore paradiſū
Lu.xxiij. Magna pietas xpi
petrum ter negantem non ab
iecit. ſed potius benigne reſpe
xit. luce.xxij. Thomam nō cre
dentem non repulit. ſꝫ ſe tan-
gi ꝛ palpari permiſit. Johā.xx
Saulū perſecutorē benigne
proſtratum cecauit pariter et
conuertit. Actuū.ix. Beni-
gnus eſt dominus debilibus
et infirmis eis ſanitatem lar
giendo Nam circuībat ieſus
totam galileam ſanans omē
languorem ꝛ infirmitatē qꝺ
niſi feciſſet multi infirmi ad
eum non potuiſſent accedere.
Mat.iiij.ꝛ.ix. Leproſū dicen
tem. Domine ſi vis potes me
mundare. extendens manum

ieſus tetigit ꝛ mūdauit Mat
viij. a muliere ſāguinflua ſm
legem immunda ieſus ſe tāgi
permiſit ꝑ tanqꝫ ſanauit Mat.
ix. De benignitate dei circa i
firmos quos creauit. require
capt. xliij. Mat. xij.

# Capitulum. 26.

De blaſphemia in deum
Blaſphemi acerbitatē pu
nitionis ſubeunt
Iniqtatem tranſgreſſionis
committunt
Benignitatem correptiōis
omittunt
Sublimitatem elationis
premittunt
Malignitatem detractio-
nis immittunt

Blaſphemi
in deum grauiter pu-
niuntur etiam in pñti ꝛ tamē
propter hoc nō dimittūt mul
ti Nā fili⁹ mulieris iſraelite
q꞉ blaſphemauerat deū iuſſꝰ
eſt a dño lapidari. Leu. xxiiij
Vir dei dixit ad regem iſra-
el qui dixerat. deus montiū
dns ꝛ nō deus valliū da-
bo omnē multitudinem hanc
grandem in manu ſua. iij. Re
gum. xx. Multū diſplicuerūt
dño blaſphemie ſeruoꝝ ſena-
cherib regis aſſyriorum ꝓpter
quos percuſſit deus. clxxxv.
milia hominū de exercitu ſuo
iiij. Regū. xix. Blaſphemi
cōmittunt pctm̄ grauiſſimū
ꝛ acriter deū in ſua iniquita-
te impugnāt. Ideo dixit Hely
filijs ſuis. Si peccauerit vir
in virum placari et poteſt de-
us. ſi aūt in deū quis orabit
pro eo. vt habetur. i. Regum. ij.
Multum aggrauauit nathā
pctm̄ dauid ꝙ fecerat nūcios
blaſphemare nomen domini
i. Regum. xij. Maius pctm̄ ne
ſciuit excogitare impia yeza-
bel ꝙ blaſphemiā. vt naboth
faceret blaſphemari. iij. Regū
xxi. Blaſphemi quanto ma
gis reprehendūtur ꝛ emēdetur
eis peiores fiunt et amplius
blaſphemant ꝓpter quā cau-
ſam prohibuit Ezechias ne po
pulus reſponderet aliqͣd blaſ-
phemiis rapſacis. vt habetur
quarto Regum decimoctauo
Et Iſaie triceſimoſepto. Cum
argueret Ieremias ꝓpheta po
pulum. quia ſacrificabat dijs
alienis reſponderūt. Sermo
nem domini non audiemus

ſed ſacrificabimus regine celi. Jeremie quadrageſimoq̄rto. ¶ Blaſphemia ex magna ſuperbia ⁊ elatione trahitur. Jō ſuperbi ſunt qui blaſphemāt ⁊ maiores ſe domino reputāt. Unde nabuchodonoſor dixit tribus pueris. Quis eſt dominus qui eripiat vos de manu mea. Hec autem dicebat. quia ſtatuam eius adorare nolebant. Danielis.iij. Holofernes indignatus quia Achior dei potentiam commendauit dixit ⁊ propheteaſti ꝙ iſrael defendaretur a domino oſtendā tibi ꝙ non ſit deꝰ in terra niſi nabuchodonoſor. Judith.vi. Dicentibus iudeis nycanori. Eſt deus potens in celo q̄ iubet cuſtodiri ſabbatū. Reſpondit. et ego potens in terra qui iubeo ſumere arma.ij. Machabeoꝝ.xv. ¶ Blaſphemāt deum increduli ⁊ infideles detrahentes dei operibus. Unde cum Jeſus eieciſſet demonem. phariſei clamabant dicētes. Jn beelzebub principe eijcit demonia. matthei.xij. Luce.xi. Pendente criſto in cruce pretereuntes blaſphemabāt eum mouentes capita ſua ⁊ dicentes. Vach qui deſtruis tēplum dei ⁊ in triduo reedificas illud. Matthei.xxvij. Cōtra dicebāt iudei hijs q̄ a paulo dicebantur blaſphemātes. Actuū.xiij. ⁊.xviij.

## Capitulū.27.

De caſtitate ⁊ continentia

¶ Caſtitas ſociorū malignitate ammittitur

¶ Flagellorum acerbitate dimittitur

Precunctoꝛuꝫ vtilitate diligitur.

¶ Electorum maturitate dirigitur.

¶ Reliciorum ſobrietate acquiritur.

¶ Sine moꝝ eq̄litate ꝑditur

Caſtitas ſeruatur in ſocietate bonorum et perditur in ſocietate malorum. Jn cuius ſignū parentes noſtri dum in paradiſo fuerunt erant caſti. ſed poſt ꝓiecti fuerunt conuerſantes in terra cognouit adam vxorem ſuam Euam. ¶ Geneſ.iiij. Donec dyna fuit cum fratribus ſuis et patre fuit caſta ſed exiens mulieres videre eſt facta corrupta: vt habetur Ge:

neſis.xxxiiij. ¶ Caſtitatē frā
gentes contra preceptum dn̄i
grauiter puniuntur. Naꝫ cū
ſichem violaſſet dynam filiā
iacob. fratres eius ſichē et pa-
trem et populum occiderunt.
Gen̄.xxxiiij. Poſt debellatio-
nem madianitaruꝫ iuſſit mo-
yſes corruptas iugulari. ꝛ vir
gines ſeruari. Numeri.xxi. A
mon propter deflorationē tha
mar ab Abſolone in conuiuio
eſt occiſus.ij.Reguꝫ.xiij. Poſt
violationeꝫ vxoris leuite pluſ
q̄ ſexaginta milia viroꝝ ſūt
occiſi. Iudicū.xx. ¶ Caſtitas
cara res ē ꝛ multū diligenda
ꝛ ſe debet homo morti expone
re vt eam cuſtodiat. Iō Ioſeph
licet eſſet iuuenis ꝛ ſolicitare-
tur a domina. maluit incarce
rari ꝛ diffamari q̄ perdere ca
ſtitatem. Gen̄. xxxix. Iudas
qui caſtus nō erat diligebat
in alijs caſtitatem. Ideo dete-
ſtatus fornicōatnem thamar
Gen̄.xxxviij. Sic diligebat
ſara caſtitatem. vt diceret. Tu
ſcis dn̄e. q: nunq̄ cōcupiui vi
rū. Tho.iij. Grauiter fuit ſu-
ſanna moleſtata a ſenioribuſ
ſed nec famā nec vitam prepo
ſuit caſtitati. Dan̄.xiij. Maria
non eſt oblita votū caſtitatis
tenere. licet angelus diceret et
q̄ de ea filius dei naſceretur.
vt habetur Luce.i. ¶ Caſtita
tem maxime ſeruare debēt ſa
cerdotes ꝛ miniſtri dei. In cu
ius figura dicitur. q̄ mundi
debeant eſſe a mulierib⁹ qui
panes ſacerdotales manduca
rent. vt habetur.i.Reguꝫ.xxi.
Qn̄ mulier ſunamitis vole-
bat loqui heliſeo. tunc heliſe⁹
mittebat puerum.i. ſeruū tan
q̄ vitans conſortia mulieruꝫ
iiij. Regū.iiij. ꝓpter illud qꝺ
xp̄s dixit q̄ i alio ſeculo nō nu
bent neqꝫ nubentur. ſed erunt
ſicut angeli dei oñditur q̄ vi-
ta miniſtroꝝ dī in terra dꝫ eē ca
ſta vt ſequāt vitā celeſtiū mi
niſtroꝝ. Mat.xxij. Argumentū
ē caſtitatis ꝑlatis ꝛ clericis
q̄ ſtephan⁹ mulierib⁹ ē ꝑpoſi
tus. Actu.vi. ¶ Caſte dn̄t vi
uere relicte ꝛ vidue inter alias
mulieres ꝛ q: caſtitas ē eis dif
ficilior ꝓpter voluptates expꝫ-
taſ ad eā ſuādā dn̄t itēdere ie
iunijs ꝛ orōib⁹. iō iudith p⁹ mor
tē viri ſui n̄ cognouit alīū viꝝ
ſꝫ cū puell' ſuis clauſa mora-
bat' hn̄s ciliciū ſupra lūbos ꝛ
ieiunās cūctiſ dieb⁹ Judith.viij
ꝺ iiij.

Anna vidua fuit caſta q̄ ſte/
terat cum viro annis ſeptem
tantum ⁊ vidua fuit vſqȝ ad
annos octogintaquatuor. que
nec deſcendebat de templo ie
iunijs ⁊ orationibus vacans
Luce.ij ¶ Caſtitas non ſuffi
cit ſola ad ſalutem ſi non alijs
virtutibus et moribus bonis
adornatur. Qd oſtenditur in
parabola de decem virginib⁹
vbi tot virgines fatue ⁊ exclu
ſe ſunt. ſed ſapientes introdu/
cte ſunt. Quia fatue licet vir/
gines caſte erant. oleum tamē
bonorum operum non habe/
bant. vt lucide habetur Mat
thei.xxv.

## Capituluȝ.28.

### De caſu peccati.

Caſu peccati cadunt aliqn̄
preſignati boni a virgori/
bus predonati donis ſin/
gularibus.

CAdunt ali
quando viri boni in
peccatum ⁊ reputati ſunt ſan
cti. ideo qui ſe exiſtimat ſtare
videat ne cadat. Nam lȝ pri/
mi parentes eſſent in innocē/
tia ſancti in loco tam eminē/
ti ⁊ domino ſatis propinqui. ni
hil ominus tamen ceciderunt
Geneſis.iij. Loth qui bonus
fuit inter malos egreſſus a ſo
domis cum duabus filiabus
ſuis cecidit in peccatuȝ ſupu/
ete. Gen̄.xix. Dauid qui fuit
ſanct⁹ ⁊ electus a deo de gra/
ui peccato in grauius cecidit
dum poſt adulterium in ſer/
uum dei fidelem homicidiuȝ
ꝑpetrauit .ij.re.xi. Judas ceci
dit ⁊ petrus qui erant diſci/
puli chriſti ⁊ ſocij. quia vnus
tradidit eum. ⁊ alius negauit
eum. Mat.xxvi. ¶ Cadunt
aliquando in peccato homines
dotati multis donis quibus
ſe tueri debebant. Nam an/
geli ceciderunt qui fuerūt cre
ati in celo. dotati multis do
tibus. nullam habentes ma/
teriam inclinantem ad caſuȝ
vt dicitur Yſaie.xiiij. Salo/
mon dotatus ſapientia ceci/
dit qui cum amaret alienige/
nas mulieres ydola ꝑpter lu/
xuriam peſſimam adorauit.iij
Regum.xi. Fortiſſimus ſam/
pſon qui cum mādibula mil/
le viros occiderat et portas ap
portauerat ciuitatis deceptio
ne muliercule cecidit cecatus

⁊ mortuus eſt. Judicum.xv.

## Capitulū.29.

De confeſſione peccatoꝝ.

Confeſſionem peccatorum
efficit defecta accuſatio
Inficit erecta deſperatio
Minuit incepta iteratio
Conſulit recepta tribulatō
Perficit accepta reputatio

Confeſſio peccatorum debet eſſe accuſatoria et nullum debet excuſare peccatum. Ad quod monebat dominus adam vt cognoſceret ⁊ accuſaret peccatū ſuum ſed ipſe retorſit in deum ⁊ in mulierem ⁊ mulier in ſerpētem. Gen̄.iij. Reprehenſus dauid a nathan peccatum ſuū patenter ⁊ humiliter eſt confeſſus.ij. Regum.xij. Similiter cognouit peccatum numerationis populi. ⁊ obtulit ſe pene portande.ij. Regum.xxiiij. Veniebant ad iohannem oīs populus iuda cōfitentes peccata ſua. matthei.iij. Mar.i. In cuius figura dixit chriſtus leproſis. Ite oſtendite vos ſacerdotibus. Luce.xvij. Predicante paulo multi veniebant cōfitentes peccata ſua. Actuum.xix.

Confeſſio peccatoꝝ debet eſſe cum ſpe venie. ⁊ nō cum deſperatione. Ideo cōfeſſio cayn non deo placuit nec ſibi profuit. quantūcunqꝫ peccatum recognouerint. quia cū deſperatione iniuſta fuit. Cū dixit. maior eſt iniquitas mea ꝙ vt veniam merear. Gene.iiij. Judas confeſſus eſt peccatum ſuum dicens. Peccaui tradens ſanguinem iuſti.⁊c. ſed ſibi non profuit. quia cum deſperatione fuit. Mat.xxvi

Confeſſio peccatorum debet eſſe cum propoſito vlterius non peccandi. Ideo pharaoni dicenti. peccaui nō profuit illa confeſſio. quia non intendebat deſiſtere a peccato. nec derelinquere duritiam cordis ſui Exod.x. Similiter accidit ſauli cum reprehenderet eū ſamuel de inobedientia ad deum.i. Regum.xv. Sed quia dauid dixit illud verbū. ſcilicet peccaui cum intentione vlterius nō peccandi. dixit ei nathan Tranſtulit dominus peccatū a te. ſecundo Regum.xij.

Confeſſionem inducit aliquādo tribulatio et afflictio. cum

enī homo tribulatur cogitat
ꝙ pro peccatis ſuis patitur ⁊
domino confitetur. Ideo dicit
pſalmiſta Multiplicata ſunt
infirmitates eorum poſtea ac/
celauerunt ſcilicet ad confeſſi
onem. pſalmo quindecimo. Af
flicti iſrahel per ſerpentes di/
xerunt moyſi. Peccauimus.
q: locuti ſum⁹ cōtra te. Nu.
xxi. Oppreſſi filij iſrael a phi/
liſteis ⁊ filijs Amon tunc cō
feſſi ſunt dicētes. peccauim⁹
Iudicum.x. Confiteri dñt
homines quantumcunq; iu/
ſti et ſe peccatores aſſerere ⁊ re
putari. Exemplo neemie, dicē
tis. Ego ⁊ domus patris mei
peccauimus iniquitatem feci
mus. Neemie.i. Orans Da/
niel qui erat vir perfectus di
cebat confitendo. peccauimus
iniquitatem fecimus. Dani.
ix. Septimus illorum ſeptē fra/
trum qui pro domino ſuſtine/
bant martyrium dixit. Nec pa
timur. quia peccauim⁹. vt di/
citur.ij.macha.vij

## Capitulū.30.

De confidentia

Confidenter debent homi
nes delinquentes prohibe
re arguendo
Audientes adhibere refe/
rendo
Inſurgentes cohibere. fugi
endo.
Vera gentes edocere diſſe
rendo
Indigentes ſe prebere impe
tendo
Obſequētes ſe exhibere pa
rendo.

Confidens debet eſſe homo ad re/
darguenda vicia ⁊ peccata. Iō
confidenter arguit moyſes cō
tra pharaonē. vt habetur Ex
odi.v.⁊ infra. Audacter ⁊ con/
fidenter ſed diſcrete nathā ar
guit dauid de peccato.ij. Re
gum.xij. Helyas confidenter
reprehendit achab dicēs. Nō
ego turbo iſrael. ſed tu.iij. Re.
xviij. Stephanus audacter
⁊ confidenter arguit iudeos d̄
peccatis eorū dicens. O du
ri corda ceruice. et inſenſatis
cordibus. vos ſemper ſpiritui
ſancto reſiſtitis. vt clare habe
tur Actuum.vij. Paulus pre
ſente proconſule Elymam ma
gum acriter reprehendit lu/

mineqꝫ priuauit. Actuū. viij
¶ Confidenter debet homo
referre ꝛ nunciare audientibꝰ
que annunciāda ſunt. Ideo
Helyas confidenter retulit o-
chozie regi. Hec dicit dominꝰ
de lectulo quem aſcendiſti nō
deſcendes. ſꝫ morte morieris
iiij. Regum. i. Heliſeus homo
magne confidentie dixit ad io
ram regem. Quid mihi ꝛ tibi
Vade ad prophetas pr̄is tui
et matris tue. quarto Regum
tertio. ¶ Confidenter ꝛ auda-
cter debet homo pugnare pro
iuſticia. ꝛ in prelijs puſillani-
mes adiuuare. animare ſicut e
zechias cōfidenter bellatores
ad bellum confortabat dicens
Viriliter agite ꝛ confortami-
ni nolite timere. ij. Paralipo.
xxxij. Magne fuit conſtantie
Neemias qui ab inimicis nō
potuit terreri. Neemie quadra
geſimoſepto. Iudith fuit val-
de magnanimis quando de-
capitabat holofernem. Iudith
xiij. Iudas dixit socijs timē-
tibus multitudinem hoſtiuꝫ
Abſit vt fugiamus. i. Mach
abeorum. ix. Pugnante Iona
tha fugierunt socij. ſed viden-
tes eum fortiter preliari reuer
ſi victoriam habuerūt. primo
Machabeorum vndecimo.
¶ Confidenter debet homo
loqui et predicare publice ve-
ritatē nec timore nec alia cau
ſa declinare ab ea. ſicut mar-
docheus non declinauit a ve
ritate diuini cultus adorādo
Amon et confidenter verbi ve
ritatem loquebatur regi. He
ſter quarto. Eccꝰ illuminatꝰ
a domino audacter confiteba
tur phariſeis. miraculi verita
tem. vt lucide habetur Johan
nis nono. Sanctus Petrus
q̄ prius ad vocē ancille nega
uit chriſtum. recepto aūt ſpiri
tu ſancto ſic confortatus eſt vt
audacter coram toto collegio
confiteretur eum. Actuum ſe
cundo ꝛ tertio. Magnanimis
et audax fuit Paulus predi-
cando coram magiſtratibus
et ciuibus. ꝛ coram multis iu
dicibus veritatem. Actuum
decimoſeptimo. decimonono
ꝛ viceſimo capitulis.
Confidenter debet homo pete
re quod iuſtuꝫ eſt maxime. ſic
confidenter petijt Berſabee a
Dauid. ꝙ Salomon filius e-
ius regnaret. vt publice habe
tur tertio Regum primo capi.

audacter ß indiſcrete petijt mater filiorum zebedei pro filijs ſuis eos ſedere cū criſto. Mathei .xx. Magna fiducia mulier chananea filie liberatiōez a dn̄o poſtulauit. Mat .xv.

Cum magna fiducia petijt iohannes proditorem ſibi a domino reuelari. Johan .xiij. Joſeph audacter introiuit ad pilatum ⁊ petijt corpus chriſti. Mat .xxvij. Confidenter et audacter debet homo a ſe parare ad obedientiam prelatoꝝ et vſqꝫ ad mortē. ſicut thomas volens obedire chriſto dicēti. Eamus in iudeā iterum alijs diſcipulis timentibus dixit. Eamus ⁊ nos moriamur cum illo. Johan .xi. Petrus dixit magiſtratibus. Obedire deo oportet magis ꝙ̄ hominibus. Actuū .v. De hac materia queratur plura capitula de fortitudine capitulo .v. per totum

## Capitulū .31.

De compaſſione proximi ad proximum.

Compati debet homo carceratis liberando
Tribulatis confortando.
Fatigatis ſubleuando
Morti datis deplorando
Obſtinatis ſupportando
Viduatis conſolando
Secum natis adiuuando
Re priuatis res dando
Infirmatis viſitando
Euagatis hoſpitando

Compati debet homo captiuis et eos pro poſſe liberare. ſicut abraam audiens captiuū loth et compatiens velociter ⁊ viriliter iuuit eum. Geneſ .xiiij. Filij iſrael ducenta milia mulierum ⁊ puerorum captiuorum habentes veſtierūt et remiſerunt eos. ecce quanta cōpaſſio. ij. Paralip. xxviij. Thobias multum compatiebatur captiuis paſcens et redimens eos. Thobie primo et ſecundo. Abymelech compatiens Jeremie in lacum miſſo ꝓcurauit liberare eum. Jeremie triceſimooctauo. Darius audiēs ī lacū leonū eſſe danielē ꝑ dolore dormiuit incenatꝰ. Danielis .xiiij. Compati debet hō omnibꝰ tribulatis ⁊ conſolari eos verbis et factis. Sicut ruben ⁊ iudas cōpatiētes

tribulatio ioſeph nitebantur
liberare eum. Gen. xxxvij. Dū
yezabel perſequeretur prophe-
tas propheta domini abdias
compatiens abſcondit ab eis
centū. vt habetur. iij. Regum
xviij. Heſter audita tribulati
one populi ſui compatiēs eis
ſe morti expoſuit vt liberaret
eos qđ et fecit. Heſter. vij. Di
ſcipuli compatientes chana-
nee tribulate ꝓ filia ꝓ eius ex
auditione dominum rogaue-
runt. Mat. xv. Vt vidit ieſus
mariam flentem ⁊ propter mor
tem lazari tribulatam cōpati
ens et fleuit et lazarū a mor-
tuis ſuſcitauit. Johā. xi. Pen
dens chriſtus in cruce habēs
compaſſionem de matre quā
videbat ī anima crucifigi. Jo-
hā. xix. ¶ Compati debet ho
mo fatigatis ⁊ eos refocillare
ſi poteſt. Ideo gedeon compati
ens socijs fatigatis poſtula-
uit pro eis panes. Judicū. viij
Dauid compatiens laſſis ſo-
cijs nō valentibus ire ad bel-
lum ⁊ remanentibus ad ſarci
nas conſtituit ꝙ equa eſſꝫ pˢ
eorum ſicuti bellatorum. i. Re
gum. xxx. ¶ Compati debet
hō mortuis. ⁊ ſpecialiter mor-
tuis in malo ſtatu anime vel
mortuis contra iuſticiam. Jō
filij iſrael compatiētes benia
min ⁊ filijs ſuis in corū exci
dio amare fleuerūt. licet ab eis
fuerint grauiter offenſi. Judi.
xxi. Doluit dauid de occaſio
ne abſolon compatiens et ſci-
ens eum eſſe damnatū. ij. Re
gum. xviij. Antiochus lꝫ eſſet
malus audiens oniam iniu-
ſte eſſe occiſum compatiēs fle
uit. ij. Macha. iiij. ¶ Compa-
ti debet homo peccatoribꝰ ob-
ſtinatis ⁊ ſe iniuriantibus eis
benigne parcendo ⁊ ſupportā-
do. ſicut ſamuel lugebat ſaul
regem ei compatiens quē ſcie
bat a deo probatum. vt habe-
tur. i. Regū. xv. ¶ Contra no
lentes delinquentibus com-
pati ⁊ ſe iniuriantibus parce-
re propoſuit chriſtus parabo-
lam de ſeruo nequam cui do-
minus multa dimiſerat ⁊ ipē
noluit dimittere pauca. Ideo
dominus eum tormentis ⁊ ſi
bi quod dimiſerat repetiit. vt
habetur mat. xviij. ¶ Compa
tiendum eſt relictis ⁊ viduis
eas dulciter conſolando. Ideo
helias benigne accepit verba
vidue ſatis dura ⁊ ei compati

ens filium ſuſcitauit. iij. Reg.
xvij. Similiter cōpaſſus eſt
heliſeus vidue debitis obli/
gate oleum augmētādo. iiij.
Regū. iiij. Magnum dolorem
habuit onias ſacerdos quan/
do vidit ab heliodoro templuꝫ
ſpoliari in quo erant depoſita
viduarum. Mat. iij. Vidit ie
ſus flentem viduam compati
ens conſolatus eſt eam ⁊ eius
mortuum filiū ſuſcitauit. Lu
ce. vij. Petrus vidēs flere vi/
duas pro morte thabite que a/
lebat eas eis compatiens ſu/
ſcitauit eaꝫ vt eis iterū alimē
ta preberet. Actuum. ix. ¶ Cō
pati debet hō ſingulariter pa
trie et natis ī ea ⁊ qn̄ vidit eā
eſſe in periculo vel ī malo ſta
tu. ideo ieremias audiens ma
lū ſtatū ieruſalē fleuit diebꝰ
multis ⁊ tandē cōſiliū ⁊ au/
xiliuꝫ arripuit oportunū. Ne
emie. i. ⁊ poſtea magnā cōpaſ/
ſionē habuit ieremias de de
ſtructōe ſue ciuitatis plorans
⁊ vlulans ſuper eā. Trenoꝝ. i.
Saluator videns ciuitatē ie
ruſalē deſtruendā fleuit com
patiens ſuper illam. Luce. xix
¶ Compati debet hō paupe/
ribus priuatis temporalibus

bonis ⁊ eis in neceſſitatibus
ſubuenire. Jō dicebat iob. Au
ris audiens beatificauit me
eo ꝙ pauperem liberaſſem. Job
xxix. Multū valet ad cōpati/
endū pauperibꝰ ꝙ diſceptatō
futuri iudicij ſolū de operibꝰ
miſericordie fiet exhibitis. ⁊ nō
exhibitis pauperibus ⁊ egētis
vt habetur. Mat. xxv. Miſer/
tus eſt dn̄s turbe que eū ex/
pectauerat tribus diebꝰ. ⁊ ita
pauperes erāt ꝙ nō habebant
quid manducarent. ⁊ eis cō/
patiens de quinqꝫ panibꝰ et
duobus piſcibus ſatiauit. Jo
han. vi. ⁊ Mat. x. Similiter
cum ſeptē panibus ſatiauit q̄
ſi quatuor milia hoim̄. Marci
viij. ⁊ Mat. xv. ¶ Compati
debet homo īfirmis ⁊ eos q̄n
tum poteſt iuuare debet. Sic
cōpaſſus eſt ſamaritanus ho
mini vulnerato alligās eius
vulnera ⁊ imponens iumēto
Luce. x. Petrus videns flere
viduas ꝓ morte thabite q̄ ale
bat eos eiſ cōpaſſus eſt. Actu.
ix. Quia diues epulo non eſt
compaſſus lazaro vulnerato.
Jdeo ſepultus eſt in inferno. Lu
ce. xvi. Multum compaſſus
eſt ſaluator ſurdo ⁊ muto quā

do ingemuit et ſanauit eum.
mat. xv. marci vij. ¶ Quotiens
chriſtus ex compaſſione infir
mos ſanauit. quere de mira/
culis capit. lxxxiiij. Mat. vij.

¶ Compati debet homo pere/
grinis ⁊ eos vagos recipere ⁊
hoſpitare ⁊ reficere quando po
teſt. Sic compaſſus eſt abra/
am angelis quos credebat ho
mines peregrinos. Ge. xviij.
Loth etiam compatiens pere/
grinis, āgelos quos credebat
eſſe homines ī hoſpicio ītrodu
xit. Geñ. xix. Duo diſcipuli eū
tes in Emaus compatiētes
peregrino eum ad hoſpicium
coegerūt Luce. xxiiij. Quomo
do autem recipiendi ſint pere/
grini ⁊ cum compaſſione cari
tatiue tractādi. quere infra ca
pi. de peregrinis. C. per totū.

## ¶ Capitulū.32.

De conſilijs bonis.

¶ Conſilijs acquieſcendū eſt
Angelorum viriliter erudi/
entium.

¶ Continuctorum humiliter
admonentium

¶ Peritorum ſalubriter īſtru
entium

¶ Doctorum fideliter conſu
lentium

¶ Aduerſorum vtiliter edo/
centium

Conſilijs angelorum et ſan/
ctorum acquieſcendum eſt. Jō
legitur ꝙ angeli dederunt cō
ſiliū loth et vxori eius. quod
quia vxor nō tenuit verſa eſt
in ſtatuam ſalis. Geneſ. de/
cimo nono. Loth etiam . quia
non ſtatim aſcendit in mon/
tem ꝙ angeli conſuluerunt
duplicem inceſtum commiſit
quia cum duabus filiab⁹ ſu
is peccauit. Geneſis. xix.

¶ Conſilijs bonis cōſangui
neorum non acquieſcentes pe
reūt vel male eis accidit. Si
cut generi loth. quia non cre/
diderūt loth ſocero ſuo cū ſo/
domitis perierūt. Geñ. xix. Et
fratres ioſeph ruben non cre/
diderunt eius conſilio venit
ſuper eos turbatio. Geñ. xlij.
Ruben cōſuluit fratribus ꝙ
redderent Joſeph patri ſuo qui
non acquieuerunt. Geñ. xxxvij
Filij beniamin nō crediderūt
filijs iſrael cōſulentib⁹ poſt
ſcelus commiſſū. ideo perierūt
vt habetur Judicū. viceſimo

Bonum conſilium dedit pi/
lato vxor ſua. ſed ipſe non cre/
didit ⁊ occidit chriſtum. Mat.
xxvij. ¶ Conſilium ſapientū
ſeruandum eſt. Ideo dicebat fi
lio thobias. Conſilium ſemꝑ
a ſapiente perquire. vt dicitur
Thobie. iiij. Qui nō credit cō/
ſilijs ſapientum perit. ſicut
filij iſrael qui noluerunt crede
re moyſi ſapienti. ⁊ experto di/
centi nō aſcendatis. ideo victi
fuerunt. Numeri. xiiij. Robo
am quia nō tenuit conſilium
ſapientum perdidit maiorem
partem populi. iij. Regum. xij
Daniel ſapientia dei plenus
dabat bonum conſiliū. Na
buchodonoſor ꝙ peccata ſua e
lemoſynis redimeret. ſꝫ ipſe nō
credidit. Ideo in beſtiā eſt mu
tatus. Dan̄. iiij. Joſeph ⁊ aza/
rias nō crediderunt cōſilio ſa
pientis iude. ideo perdiderūt
duo milia viroꝝ. i. Macha. v.
¶ Conſilijs amicoꝝ ⁊ ſocioꝝ
credendum eſt. Naꝫ Achior cō
ſilium dabat achior holoferni
cum quo erat in exercitu. ſꝫ ꝗꝛ
non credidit occiſus fuit. Ju/
dith. v. Golias qui non credi/
dit conſilijs Johannan vt ſi/
bi caueret mortem incurrit. Je
remie. xli. Judas cum paucis
pugnaturus cum multis nō
credidit ideo perdidit vitaꝫ. i.
Macha. ix. ¶ Conſilium non
ſolum amicorum. ſed etiā ini
micorum tenendum eſt ſi eſt
vtile. Nam abſolon non cre/
didit achitofel. ideo poſtea a io
ab trib⁹ lanceis eſt percuſſus
ij. Regum. xviij. Conſiliuꝫ ab
ner ſpernens azahel vt deſiſte
ret perſequi eum. ſed ſeipſum
deſpiciens lancea eſt trāſfoſ/
ſus. ij. Regum. ij. De hoc quere
xliij. ca.

## Capitulū .33.

De conſilijs malis

¶ Conſilium maluꝫ procedit
a feminis decipientibus
¶ A ſubditis contradicētib⁹
¶ A reprobis male loqūtib⁹
¶ A ſapidis vana docenti
bus
¶ A cupidis lucra ꝗrentib⁹

Conſiliuꝫ malarum mulieruꝫ
deteſtandum eſt. nec acquie/
ſcendum eſt eis. Naꝫ eua ma
le conſuluit ⁊ perſuaſit viro
ꝙ de ligni vetiti fructu man
ducaret. quod ⁊ fecit. iō ane

niſſimum locum paradiſi per
didit. Gen. iij. Domina cui ſer
uiebat ioſeph male cõſulebat
⁊ perſuadebat ei vt caſtitatem
perderet. Ge. xxxix. Mulieres
ſuis perſuaſionibus peruerte
runt cor ſalomonis vt adora/
ret ydola. vt habetur. iij. Re. xi.
Athalia mater ochozye regis
iuda ingreſſa vitã domus ach
ab impulit eum vt male age/
ret. ij. Paralip. xxij. Stultuz
conſilium dedit iob eius vxor
ſed ipſe tanq̄ ſapiens ⁊ ſanct⁹
non acquieuit ei. Job. ij. Ne/
phandum cõſilium dedit he
rodias filie dicens. Nihil ali
ud petas niſi caput iohãnis.
Mat. xiiij. marci. vi. Conſi/
liũ malũ aliquãdo dãt ſub/
diti principibus ⁊ prelatis vt
eos venire faciant in ſcanda
lum ⁊ in malum. Sic popul⁹
iſrael male conſuluit Aaron
vt faceret eis vitulum aureuz
quem adorauerunt. quib⁹ A/
aron ſtulte credidit ⁊ ſcanda/
luz incurrit. Exo. xxxij. Arta/
xerſes perſuaſus a ſubditis e/
mulis iudeorum prohibuit fi
eri opus tẽpli. i. Eſdre. iiij. Fi/
lij amon male ſuggeſſerũt re/
gi ſuo. vt dehoneſtaret nunci

os dauid. propter quod ſcan/
dalum ⁊ odium fuit ĩter ip̄os
reges generatum. ij. Regũ x.
Conſilium malum dant per
uerſi homines et faciant ali/
os cadere in periculum ⁊ pec/
catum. Sicut balaam conſu
luit balach. q̄ filios iſrahel fa
ceret fornicari ⁊ iram dei ĩcur/
rere. Numeri. xxiiij. Jonadab
iniquũ conſilium dedit amon
vt violaret thamar ſororẽ ſuã
ij. Regum. xiij. Amici Amon
male conſuluerunt vt pararet
ſuſpendiũ mardocheo in dã/
num ſuum. Heſter. v. In die/
bus antiochi aliqui peruerſi
ex filijs iſrahel perſuadebant
alios deſerere domos dicẽtes
Eamus ⁊ diſponamus teſta
mentum cum gentibus que
circa nos ſunt. i. Machabeo. i.
Helymas magus peruerſe p
conſilij conſulebat. vt nõ cre/
deret verbis Pauli. Actu. xiij
Cum eſſet paulus et Barna/
bas in magno honore. quidaz
peruerſi perſuaſerunt populis
vt lapidarent eos. Actu. xiiij.
Conſilium malum aliquã
do dant mundani ſapientes
quorum deus ſtultaz fecit ſa/
pientiam. Sic nephandum

conſilium dedit Achitofel abſoloni ꝛ tamen erat conſilium eius illis dieb⁹ quaſi cōſiliū dei ita ſapienter ꝙ omnes excedebat preter deum .ij. Regū .xvij. Sapientes pharaonis dederunt conſilium inſipiens. vt habetur Iſaye .xix. Rectores populi ꝛ ſapiētes cōſulerūt ſedechie ꝙ occideret ieremiā. Ieremi .xxxviij. Ad malam ſuggeſtionē ſatrapaꝝ ſtatuit rex perſarum peruerſum decretum. Dañ .vi. ¶ Conſilium malum dant cupidi ꝛ auari propter auaritiā. Sicut menelaus iniquū conſiliū dedit Andronico vt occideret oniaꝫ ſacerdotem. vt ipſe haberet ſacerdotiū .ij. Macha .iiij. Ptolomeus corruptus pecunia cōſuluit andronico ꝙ menalaū abſolueret. ꝛ faceret oniā occidi. ꝛ iuſtos ſuos accuſatores occideret .ij. Macha .iiij. Queſtores perdito queſtu perſuaſerunt magiſtratibus ꝛ fecerūt paulū cedi virgis. Actu .xvi

## Capitulū .34.

¶ De conſolationib⁹ diuinis Conſolatur dominus viriliter patientes.
Humiliter obſequentes
Salubriter penitentes
Fideliter confugientes.
Hoſtiliter ſubſidentes.
Vtiliter incedentes.

Conſolatur dominus obedientes mandatis eius. Ideo Abraam poſtꝙ exiuit de terra ſua adſ mandatū domini. dñs conſolatus eſt eum diuerſis apparitionibus Geñ .xij. xv. ꝛ .xvij. Filijs iſrahel qui obediētes deo exierūt de egipto vt ſacrificarent ī deſerto miſit dñs conſolationeꝫ qñ pluit eis in deſerto mānā ꝛ carnes. Exo. xvi. ¶ Conſolatur dñs tribulatos poſt tēpeſtatem tribulatōis dās trāquillitatem conſolatōis. iuxta illud qd̓ dicebat pſal. Sc̄dm multitudinē doloꝝ meorū in corde meo conſolatiōes tue letificauerūt aīam meā Jō fugiente iacob a facie fr̄is ſui deus eſt eū multipliciter cōſolatus in ſomno. Geñ .xxviij. Moyſi exulāti apparuit dñs in deſerto cōſolans eū. ꝙ nō accidit ei in domo pharaonis. vt habetur Exo .iii. Luctum videns ꝛ

dominus conuertit in gaudi
um qñ per heſter fuerunt a tã
to periculo liberati. Heſter. ix.
Notabile eſt ꝙ filij iſrahel tẽ
pore tribulatõis. ſcilicet capti/
uitatis babilonice habuerunt
plures ꝓphetas ꝙ̄ tempore ſa
lomonis in quo fuerũt in ma
gna ꝓſperitate ſcꝫ Jeremiaꝫ in
iuda. Jere. i. Ezechielẽ ꝛ danie
lem in chaldea. Ezechie. iij. ꝛ
Dan. iij. Paulus ſentiebat
multas conſolationes diuinas
in tribulationib⁹ ſuis. vñ di/
cebat. Sicut abundãt tribu
lationes chriſti in vobis. ita ꝑ
chriſtũ abundet conſolatio no
ſtra. ij. Cor. i. Johannes exul ꝛ
tribulatus in pathmos plu/
res viſiones ꝛ conſolatões ha
buit ꝙ̄ in ꝓſperitate cũ criſto
habuerat. Apoca. per totum
Conſolatur dñs penitẽtes in
multis tribulationibus ꝛ ne
ceſſitatib⁹ ꝛ temptatõibus q̄
in penitẽtia accidũt. Jn cuius
figura moyſes q̄ ieiunauit in
mõte. xl. dieb⁹ ꝛ. xl. noctib⁹ ci
batus fuit diuina cõſolatõne
Exo. xxiiij Jn hui⁹ etiã figura
Helyã in torrẽte carith ꝓcepit
vt paſceret. iij. Re. xvij. Sal
uator etiã diſcipulos exñtes
in mari qđ ꝑiam ſignat cũ
haberent ventũ ſcꝫ temptatio
nis cõtrariũ ingreſſus ad eos
ipſos eſt multipliciter conſo/
latus. Mat. viij. Paul⁹ etiaꝫ
volens cõfortare eos qui. erãt
ſecum in naui. ſimiliter cũ vẽ/
to contrario ait. Aſtitit mihi
angelus domini dicens. Ec/
ce donaui ꝛ ſaluaui oẽs qui
nauigant tecum. Actu. xxvij.
Conſolatur deus ꝓliantes
pro fide ꝛ iuſticia adiuuans ꝛ
confortans eos ĩ pugna. Sic
confortatus eſt ioſue dicens.
Noli timere non dimittaꝫ te
confortare ꝛ eſto robuſtus. Jo/
ſue. i. Machabeus et qui cuꝫ
eo erant videntes ſibi adiuto
rium miſſum a domino ꝛ di
ce letati ſunt. ꝛ benedixerunt
dño. ꝛ confortatis animis cõ
ualuerũt. ij. Macha. xi. Cõ/
ſolatur de⁹ obſeſſos corporale
et ſpẽaliter ab hoſtib⁹ ꝛ carce/
re mãcipatos. ſic cõſolatus eſt
ezechiã regẽ qñ interfecit per
angelũ. clxxxv. milia viroꝝ d
exercitu ſennacherib regl aſſirioꝝ
obſidẽti⁹ ꝛ eſt liberat⁹. iiij. re. xix
Filios iſrahel obſeſſos ab ho
loferne in bethulia cõſolatus
eſt in victoria eoꝝ per manuꝫ

femine iudith. Judith .x. ⁊ .xiij
Petrū incluſum in carcere he
rodis ꝯſolatus eſt per ange
lum ſuum liberans eū. Actu
xij. Paulū et ſylans poſitos
in carcere dominus miſſo ter
remotu conſolatus eſt frāgēs
vincula ⁊ liberans eos. vt ha
betur. Actuū .xvi. Paulū ſo
lum poſitū in cuſtodia clau
dij dominus per viſionē ſuā
eum mirabiliter conſolatꝰ eſt
Actuū .xxiij. ¶ Conſolatur
dominus iuſtos vtilia opera
facientes. Sic conſolatus ē
thobiam ⁊ ſaram liberando a
demonio qui viros eius occi/
debat. vt habetur Thobie .viij
Danielem iuſtum bis poſi/
tum in lacum leonum domi
nus conſolatus eſt per ange/
lū ⁊ abacuk. Dan. vi. ⁊ .xiiij.
Suſannā que adulterio no/
lebat conſentire morti damna
tam dominus per danielē li/
berauit. Dan. xiij. Impleuit do
minus promiſſum conſolato/
rem apoſtolis quando in pen/
thecoſten ſpiritum ſuū ſctm̄
miſit. Actu .ij. De eccleſia di
citur ꝙ edificabatur in timo
re domini. ⁊ conſolatione ſpi/
ritusſancti. Actuū .ix.

# Capitulū .35.

De contemplatione ad deū
¶ Contemplantur deum et
illuſtrantur penitentes in
religione
¶ Quieſcentes ab occupatio
ne.
¶ Recedentes ab occupatiōe.
¶ Preſidentes in prelatione
¶ Abſtinētes a commeſtione
¶ Conſiſtentes in oratione.
¶ Patientes in tribulatione

Contēplā/
tur deum ⁊ illuſtrā
tur viri religioſi ꝗ relicta pa/
tria et parentibus vadunt in
terrā religionis ſibi a deo mō
ſtratam vt liberius contem/
plentur. In cuius figura poſt/
ꝗ̄ egreſſus eſt abraam de ter/
ra ſua ⁊ de cognatione ſua et
venit in terram quam mōſtra
uit et dn̄s in feruore contem/
plans apparuit et dn̄s. Gen.
xv. Helye fugienti a facie yeza
bel. i. religioſo a facie carnali/
tatis oſtenſum eſt ꝙ dn̄s non
erat in ſpiritu grandi. i. ſuper
bie. nec in commotione ſcilicet
auaricie nec in igne. i. luxurie
ſed in ſibilo aure tenuis. i. que

te contemplationis.iij. Regũ
xix. Johanne ſequeſtrato a cõ/
ſolatione mundana reuelata
ſunt celeſtia. vt habetur Apo/
cal.x. per totum ¶ Contem/
plari poſſunt deum viri men
te ⁊ corpore quieti. nõ diſcurrẽ
tes nec vagabundi. ſicut eſau
vir vagus nõ habuit benedi/
ctionem patris. ſed Jacob do/
mi remanens bñdictionem re
cepit ⁊ reuelatões plures ha
buit. Geñ.xxvij. Jtem Jacob
requieſcens ſuper lapidem poſt
ſolis occaſum vidit ſcalam ⁊
angelos deſcendentes ⁊ aſcẽ
dentes. Geñ.xxviij. Sara cũ
ancillis ſuis aſcendit in ſupe
riori cubiculo vt oraret ⁊ con/
templaretur Thobie.iij. Dani
el ingreſſus eſt domum ſuam
⁊ de nocte reuelatum eſt ei mi
ſterium Dañ.ij. Notabile eſt
q̄ maria que quiete ſedebat ad
pedes dñi preponitur marthe
que miniſtrabat et. Lu.x. Cũ
petrus oraret in ſuperiori do/
mo reuelatũ eſt ei gentiles nõ
abijciendos. Actuũ.x. ¶ Con
templari volentes liberi⁹ ne/
ceſſe eſt eſſe ſolitarios ⁊ a tur/
ba remotos. Sicut yſaac ha/
bitans i terra auſtrali relicta
familia egreſſus eſt ad medi tã
dum in agro. Gen.xxiiij. Pꝰ
tranſitum fluminis iacob ſo/
lus remanſit et contemplat⁹
eſt angelum luctantẽ ſecum.
Geñ.xxxij. Heliſeus quando
voluit orare pro filio ſunami/
tis remãſit ſolus ⁊ clauſit o/
ſtiũ.iiij. Regũ.iiij. Dauid con
templaturus dicebat. Quis
dabit mihi pẽnas ſicut colũ
be et volabam et requieſcã. Ec
ce elongaui fugiens ⁊ mãſi in
ſolitudine ⁊ expectabam eum
qui ſaluũ me fecit. pſal.v. Di/
miſſa turba ieſus aſcendit in
montẽ ſolus orare in quo dat
exemplum fugiendi turbas.
Mat.xiiij. ¶ Contemplãtur
deum prelati debite prelatõis
officium exercentes. Jn cuius
figura moyſes paſcens oues
caſq̃ʒ inducẽs ad interiora de
ſerti contemplatus eſt deum
in flammã rubi ardentis. ſic
prelatus ducens populuʒ ad
aſperam penitentiã deinde cõ
templatur. vt habetur Exodi.
iij. Petrus dixit moyſi q̄ eẽt
in populo in his que ad deuʒ
pertinent. i. in doctrina contẽ
plationis. Exodi.xviij. Prela
to aſcendente in montem con

templationis reuelat dominꝰ
quod debeat populo nuncia-
re ſeruanda. Sicut reuelauit
moyſi q̄n precepta ⁊ ceremoni
as et dedit in monte. Exo. xx.
Loq̄batur dn̄s prelatis in cō
templatione. ſicut loquebatur
moyſi facie ad faciē. vt amicꝰ
amico. Exo. xxxiij. Zachariaſ
ingreſſus templum ⁊ offerēs
ſacrificium contemplatus eſt
angelū nunciantē. Luce. i.
Contemplantur deū nō cra-
puloſi ⁊ ebrioſi. ſed ieiunantes
⁊ ſobrij. Jō moyſes ſtetit cum
dn̄o in mōte cōtemplando. xl.
diebus panē nō māducās et
aquā non bibens. Exo. xxiiij.
Helyas ieiunans contempla
tus eſt angelū qui pauit eū
ſpirituali cibo quo ābulauit ī
montē dei. iij. Re. xix. Sara
vt vacaret liberius orōni et
contemplationi tribus diebꝰ
ieiunauit nō māducās neq̄
bibens. Thobie. iij. Danieli
ieiunanti ⁊ abſtinenti oſten-
dit deus mirabiles viſiones
in eius contemplatōe. Dan.
ij. Ad ſaluatorem noſtrū poſt
ieiuniū acceſſerunt angeli et
miniſtrabāt ei. Mat. iiij. Saulꝰ
proſtratꝰ ⁊ excecatꝰ ieiunans
per triduū vidit mirabiles vi
ſiones. ⁊ tūc raptꝰ creditur eſ
ſe in tertiū celū ⁊ ibi audiuiſ-
ſe ⁊ vidiſſe ſecreta dei. Act. ix
Contemplari debet homo
deū orando. ⁊ deū in eccleſia
horis debitis collaudādo. In
huius figura ſamuelē dormiē
tem in templo. i. in orōne con-
templantem dominus voca-
uit. i. Regum. iij. Dum canta-
rent pſallentes ante heliſeum
facta eſt ſuper eum manꝰ dn̄i
⁊ prophetauit. iiij. Regum. iij.
Dixit angelus danieli oran-
ti. egreſſus ſum vt docerem te
⁊ intelligeres. Dan. ix. Oran
tibus apoſtolis in die penthe
coſtes deſcendit ſpiritusſctūs
⁊ illuſtrauit eos. Actu. ij.
Contemplantur deū tribula
ti p liberatione tribulationū
⁊ ſic contemplabatur Judith
quando videns tribulationē
ciuitatis ſue īgreſſa oratoriū
⁊ in cinerē ſe pſternēs orauit.
Judith. viij. Heſter vidēs ſu-
um pplm ī tāta tribulatiōe et
periculo poſitū depoſitis veſti-
bus regijs īduit ſe ſacco ⁊ fer-
uēter orās ⁊ cōtēplans; orauit
p liberatōe populi. Heſter. iiij.
Ezechiele ſtāte ī medio capti-

uor facta ē ſuper eū man⁹ do
mini. Ezechielis primo

# Capitulū.36.

De correctione fraterna
Corrigendi ſunt fratres et
proximi.
Ex intentione miſerendi.
Cum diſcretione arguēdi.
Cum leſione reſiſtendi
Sub affectioẽ diligendi.
Comminatione puniendi.
Executione puniendi
In contemplatõe dirigēdi.

Correptio fraterna eſt opus mi
ſericordie ꝛ pietatis ſpiritua
lis. ꝛ eſt opus magis merito
rium ꝙ̄ miſericordia corpalis
qꝛ corporalis lucratur vitam
corpalem. ſpūalis vero vitā
anime. Vn̄ abraā poſtq̄ iura
uit abymelech facere ſecū mi
ſericordiā ſtatī increpauit eū
Gen̄.xxi. Magnā miſericor
diā fecerūt ruben ꝛ iudas ar
guētes frēs ſuos volētes īter
ficere ioſeph. qꝛ frēs retraxerūt
a fratricidio. ꝛ ioſeph ſeruauerūt
vitā. Gen̄.xxxvii. Finees
et ſocij miſericorditer egerunt
arguerūt fratres ſuos qui
edificauerunt altare in ſcan
dalum filioꝝ iſrael. ꝛ eos con
uerſos miſericorditer ſuſcepe
rūt ſatiſfactionem acceptan
tes. Joſue.xxij. Miſericordiā
duplicem fecit ionathas quā
do prēm reprehendendo tempe
rauit. ꝛ dauid per hoc liberauit.
i. Regum.xix. Perfectam
regulam dedit dominus Pe
tro dicens. Si peccauerit ī te
frater tuus. ꝛc. Et ſi audierit
te lucrat⁹ es fratrē tuū. Mat.
xviij Correctio frna dꝫ fieri
benigne. diſcrete ꝛ caritatiue ꝛ
talis correctio deducit hoīes
errantes ad viā veritatis ꝛ pa
cis. ꝛ ſic benigne ꝛ diſcrete cō
peſcuit abraā iurgiū inter pa
ſtores loth ꝛ paſtores ſuos. ge
neſis.xiij. Nō cū furore argu
it nathā dauid de adulterio ꝛ
homicidio di. Peſſime feciſti
ſꝫ cū diſcretõe aſſumpta ſili
tudīe illaqauit eū verbis oris
eius et conuertit. ij. Regū.xij.
ſimiliter vn⁹ de filijs pphe
taꝝ reph̄ēſurus regē iſrael di
ſcrete ſilitudinē pposuit ꝛ re
gē cōuertit. iij. re. xxij. Bēigne
reprehendit Judith ciues ſu
os et fecit eos ab incepto pro
poſito remoueri. Judicū.viij.

# Capitulum.36.

Quia petrus diſcrete arguit quoſdam irridētes apoſtolos Ideo conuertit eos. Actuū.ij. ꝛ.iij. Poſt ſanationem claudi oſtendit petrus quibuſdam eorum culpam benigne aliqualiter eos excuſās. ꝛ dulcia verba dicens. Itaqꝫ conuerſi ſūt quinqꝫ milia hoīm. Actu.iiij. Paulꝰ benigne ꝛ diſcrete arguit romanos cōuerſos ad fidem. Ad Roma.ij. Ob quam cauſam diſcrete arguit iohannes apoſtolos eccleſiaſticos q̄ reprehendendo eos de malis q̄ faciebant ſemper memorabatur bona que faciebant vt nō deſperarent. ſed magis cōfortarentur. Apoca.ij.ꝛ.iij. ¶ Correctio ꝛ reprehenſio nō prodeſt obſtinatis. imo deteriores fiunt. Ideo dimittendi ſunt et habendi tanq̄ heretici ꝛ publicani. vt dicit os veritatis. Mat.xviij. Satis benigne et dulciter increpabat loth Sodomitas. ſed obſtinati nō audierunt. Gen̄.xix. Hebreꝰ vir cū rep̄hēderetur a moyſe ī iniurioſa verba obſtinatis prorupit. Exo.ij. Filij iſrahel reprehēderunt filios beniamin de ſcelere vxoris leuite ꝛ voluerunt punire malos. ſed ipſi obſtinati nō conſenſerunt. ideo perierunt. Iudicum.xx. Abner rep̄hendebat aſahel de perſecutione eius. ſed ipſe contempſit. idō perijt. ij. Regum.ij. Dulciter arguebat ꝛ conuincebat cecus phariſeos illuminatus a domino. ſed ipſi obſtinati eiecerunt eū extra templū. Iohā.ix.

¶ Corrigentes ꝛ arguentes bonos diliguntur ꝛ honorantur ꝛ correpti meliores efficiuntur. Ideo moyſes reprehenſus a yetro q̄ ſtulto labore cōſummaretur q̄uis homo eſſꝫ gentilis verba non deſpexit. ſed omnia implens eum dilexit ꝛ honorauit. Exodi.xviij. Daniel diſcrete arguit regem balthaſar exemplo patris ſui. Rex vero patienter verba audiuit. ꝛ ipſum dilexit ꝛ magnifice honorauit. Dan̄.v. ¶ Corrigendi ſunt duri cum zelo ꝛ feruore. ꝛ dure ꝛ acriter increpandi. Ideo helias cū magno zelo arguebat populum durū dicens Si deus eſt dominꝰ ſequimini eum. Si autē baal ſequimini illum. iij. Regū xviij. Grandi feruore ꝛ zelo reprehendebat helyſeus regem

israhel circũstante exercitu di
cens. Viuit dñs in cui⁹ con/
spectu sto q̃ si nõ vultum Jo/
saphat regis iude erubescerẽ
non attendissem te nec respex/
issem. iiij. Regũ. iij. Johannes
baptista cũ magno feruore di/
cebat phariseis. Progenies vi
perar̃. Mat. iij. Luce. iij. Mul
ta audacia zelo arguebat he
rodem dicens. Non licet tibi
tollere vxorẽ fratris tui. Mat.
xiiij. Marci. vi. Unus de la/
tronibus q̃ pendebat in cruce
cũ magno zelo alterũ reprehẽ/
debat. Luce. xxiij. Stephan⁹
in consilio iudeor̃ feruenter et
audacter increpauit eos. Actu.
vij. ¶ Corrigere debent prela
ti subditos suos ⁊ eos de quo
libet vicio singulariter argue
re. q2 vita subditor̃ debet stare
sub manibus prelator̃. Dñt
enim eos reprehẽdere. sic sacer
dotes restiterunt Ozie volen
ti offerre incensum quod non
erat sui officij dicente. Nõ est
tui officij adolere icensum. ij.
Paralip. xxvi. Item dñt eos
reprehendere si nõ seruant iu/
ra ⁊ statuta ecclesie. sicut rep̃/
hendit Esdras filios trãsmi/
grationis qui duxerũt contra
legem filias alienigenar̃. i. Es
dre. ix. ⁊. x. Item debent repre/
hendere oppressores minorũ ⁊
pauperum. sic neemias incre/
pauit optimates pp̄ter graua/
mina que a diuitib⁹ īponebã
tur pauperibus. Neemie. v.
Item debent eos reprehende/
re de violatione festorũ. Sic
arguebat neemias portantem
onera sabbato dicens. Que ē
hec res mala quã vos facitis
⁊ prophanatis diem sabbati.
vt habetur Neemie. xiij. Itẽ
debent eos reprehendere du/
re de mendacio. sicut Petrus
ananiã ⁊ zaphiram. Actuũ. v.
Debent increpare subditos de
malo exemplo per quod alij re
trahuntur de bono. sicut pau
lus elymam magum dure re
prehendit qui nitebatur auer/
tere proconsulem. Actuũ. xiij.
Reprehendere etiam dñt du/
re simoniacos. sicut petrus sy
monem magum volentẽ eme
re spm̃sanctum. Actuũ. viij.
Item de peccato carnis. sicut
apostolus reprehendit Chori/
theos de fornicatõne. i. Cor. v.
Reprehẽdere etiã debent ligã/
tes. Sic paulus eosdem chori
theos qui de secularibus ne/

gotiis litigabant .i. Chor.vi.
Item de irreuerentia circa ſa-
cramenta. Sicut paulus eoſ
dem de irreuerentia euchari-
ſtie.i. Chor.xi. Magis debent
eos arguere de errore circa re-
ſurrectionem.i. Chor.xv. Mul
tū debent increpari ſubditi ſi
nō reuererēter honorāt prelatos
ſuos vt decet. Sic apoſtolus
rep̄hēdebāt eoſ qui pro a falſis
apoſtolis grauia ſuſtinebant
et ipm nō honorabāt.ii.Chor.
xii. Arguēdi ſunt ſubditi vel
qui ingreſſum religionis vel
vite ſpiritualis volūt etiā ali
qua tenere de vita ſeculari.ſic
paulus arguit Galathas qui
poſt receptionem euangelii vole-
bant tenere obſeruātias legis
Ad Galathas iii. Itē debent
prelati corrigere ſubditos ocio
ſos et pigros.ſicut paulus cor
repit theſſalonicen.ocioſos.ii.
Ad theſſalocen.vlti. Corri-
gendi ſunt ebrioſi et crapuloſi
nō in ipſa crapula et ebrietate.
qz tunc nō hn̄t intellectum et
ſpūſ claros.ſed obfuſcatos. ſz
cū vinū vel crapulā digeſſe-
runt. In cuius figura hēmus
a ſapienti abygail que volens
reprehendere nabal ſuper di-
ticiā quā oſtendit nuncys da
uid.noluit tūc dicere illi poſt
prādiū ſtatī ſed expectauit tē-
pus oportunū quouſqz vinū
bibitū digeſſiſſet.vt habetur.
i. Regum.xxv.

# Capitulū.37.

De curioſitate humana
Curioſitatem ſapientes di-
ligūt per ſucceſſionē ſapie
Cupiūt acceſſionē euidētie
Appetunt oſtenſionem emi-
nentie
Exigunt monitionem pe-
nitentie.

Curioſi de
ſiderant ſemꝑ noua
ſcire et ipſa ſciā app.terre. Ideo
pria mulier q̄ deſiderauit bo-
nū ſcire ſicut deus vocē ſerpē
tis audiens pomū aſpexit et di
uinū p̄ceptū contēpſit. Gene.
iii. Diſcipulor curioſitatē ſci-
re volentiū tp̄s ſecūdi aduen-
tus reprehēdit dn̄s di. Non
eſt veſtrū noſſe tpa vel momē-
ta. Actuū.i. Athenien.q̄ erant
curioſi nō vacabāt niſi audi-
re vel dicere aliqd nouū vt ſp
noua ſcirent. Actuum.xvii.
Curioſi volūt videre ſemꝑ
magna et noua et aliqn̄ in cor

periculū. Nā dyna curioſe vo
lens videre mulieres regiōis
capta et corrupta eſt a ſichem.
Nota illud de mulierib⁹. Ge
neſis.xxxiiij. Iudei videntes mi
racula dei fieri manifeſta ad
huc ſigna q̄rebant. Luce.xi
Herodes curioſe deſiderabat
videre criſtū vt videret ab eo
ſigna fieri. Luce.xxiij. Cu
rioſi cupiūt apparere potētes ⁊
magni quod eſt cōtra manda
tū dei. Ideo precepit dn̄s po
pulo ne ī montē aſcenderēt .i.
alta nō ſaperent ⁊ terminos nō
tranſirent. Exo.xix. Manda
uit dn̄s vllam curioſitatē in
trare ſacrificiū. niſi prius oīa ī
uoluerentur. Nume.iiij. Ozi
as rex iuda voluit adolere in
cenſum vt videret poſſe fungi
officiū ſacerdotis.ij. Paralip.
xxvi. A curioſitate proceſſiſſe
videtur ꝙ ſymon magus vo
luit baptiſari. quia videbat ſi
gna que faciebat philippus ⁊
ea ad oſtentatōem facere cupi
ebat. Actuū.viij. Curioſi de
bēt ammoneri ⁊ pdicari a pru
dentibus ⁊ bonis viris. qꝛ fre
quenter conuertunt ⁊ curioſi
tatem relinquūt. Ideo predicā
te apoſtolo in Epheſo multi q̄
fuerunt curioſa ſectati libros
⁊ combuſſerunt eos corā om
nibus diſcipulis. Actu.xix. Re
prehendebat apoſtolus quoſ
dā theſſalonicenſes curioſos
curioſe ⁊ inquiete ambulātes
⁊ nihil operātes.ij. Theſſalo.
iij. Adoleſcētiores viduas mo
net apoſtolus eſſe vitandas q̄
ſunt frequēter vage ⁊ curioſe
ocioſe ⁊ verboſe.i.ad Thi.iiij.

## Capitulū.38.

De decimis et primitijs
Decie cōſiderantur q̄tum
ad qualitatem offerentium
et eorum modum
Ad dignitatem exigentiū
et eorum modum

Decime cō
ſiderāde q̄tū ad eas
dātes ⁊ q̄tū ad clericos reci
piētes. Decias dꝫ dare q̄libet
q̄tūcūqꝫ magn⁹ ⁊ potēs liben
ter ⁊ d' melioribus reb⁹. ſic fecit
melchiſedech q̄ dedit abrae d
cias de oīb⁹ q̄ hēbat. qꝛ melch
iſedech fuit rex ſacē. Ge.xiiij.
Dat hō decias. qꝛ ds eū cuſto
dit paſcit ⁊ veſtit ⁊ dirigit. ſi
cut petiuit iacob. Gen̄.xxviij.
Cito dn̄t decie dari. ſicut p
cepit dominus dicēs. Decias ⁊

primitias non tardabis. Exo
di. xxij. De melioribus ꝛ pul-
chrioribus ꝛ pinguioribus de
bent decime ꝛ primitie dari.
Numeri. xviij. A fidelib⁹ de/
bent decime ad templũ pͥſen/
tari. etiã ſi ſacerdotes nõ petãt
Deute. xviij. ¶ Decimas re/
cipientes ſunt clerici qui nõ
debẽt ſuperflua petere. ſꝫ deo
vacare ꝛ de decimis ꝛ primi/
tijs debent eſſe contenti. Nu/
meri. xviij. Per ſacerdotes re/
cipientes decimas debent cõ
municari decime ꝛ primitie ꝛ
alij redditus eccleſiaꝝ paupe
ribus pupillis ꝛ viduis. De
utero. xiiij. Sacerdotes q̄ reci
cipiunt decimas debent va/
cari ſpũalibus ꝛ diuinis. nõ tẽ
poralibus. ij. Paralipo. xxxi.

## Capitulū 39.

¶ De deriſione et conuitijs.
¶ Deridentur a deriſoribus
¶ Moderatores malarum af
fectionum.
¶ Operatores rectarum ope/
rationum.
¶ Predicatores ſanctarum
operationum.

D Eriſores
ſuis deriſionibus accedũt pa
cificos. aliquando nocendo q̄
prius nõ habebant intentiõez
nocendi. Sicut viri ſochot de
ridentes gedeonẽ ipſis nunci
antibus eũ induxerunt ad no
cendũ eis. qui prius nocere no
lebant. Iudicũ. viij. Nabal i/
citauit dauid contra ſe et ſoci
os eius qui prius fuerant ſibi
pacifici ꝓpter deriſiones ꝛ cõ
uicia dicta nuncijs eoꝝ. niſi
q͛ per Abigail fuiſſet retẽtus.
i. Regũ. xxv. Inſtruendi ſunt
pueri a parentibus ne deride
ant ſenes. q͛ pueri qui deride
bant heliſeum dicẽtes. Aſcẽ/
de calue aſcende calue permiſ
ſi ſunt deuorare ab vrſis. qui
alias compaſſus puerũ mor/
tuum ſuſcitauit. vt euidentiſ
ſime habetur. iiij. Regum. ij.
Deridẽt mali ꝛ peccatores bo
nos iuſte operantes ſiue iuſte
operari volẽtes. Sicut mich
ol videns ludentẽ dauid an/
te arcam dñi deriſit eũ dicẽs
Quã glorioſus rex eſt factus
ij. Regũ. vi. ꝛ i. Paralip. xiij. et
xxv. Sanaballat ꝛ Thobias
deridebant edificãtes muros
ieruſalem. i. mali derident bo/
nos q̄ in bonis oꝑibus tanq̄

viuis lapidibus edificant fi
deles ecclesie. Neemi.iiij. Ni
canor vidẽs holocauſta offer
ri deridebat offerẽtes.i.mach
abeo.vij. Derident positi in
pſperitate tribulatos positos
in aduersitate. qđ maximum
malũ est. Sic excecato thobie
vxor parẽtes ⁊ cognati deride
bãt eũ dicẽtes. Ubi est spes
tua pro qua elemoſynas facie
bas. Thobie.ij. Similiter le
git de Job cui dixit vxor sua
Adhuc pmanes in simplici
tate tua. Job.ij. Saluator no
ſter tẽpore sue ſanctiſſime paſ
ſionis multas deriſiones ⁊ il
luſiones recepit. vt daret exẽ
plum tribulatis nõ curãdi de
deriſionibus mũdanoꝝ. vt di
citur Mat.xxij. ⁊ xxiij. De
ridẽtur hodie predicatores ⁊ p
lati missi ad predicandũ. qꝛ ve
ritatẽ dicunt ⁊ predicant. In
cuius figura filij israel deriſe
rũt curſores quos miſerat E
zechias.ij. Paralip.xxx. Sic
etiã deridebat populus ꝓphe
tas missos a deo.q̃ eis verita
tẽ annunciabant.ij. Paralip.
xxxvi. Iudei deridebant popu
los predicantes ⁊ loquẽtes va
rijs linguis. dicẽtes eos ple

nos muſto quos ſpiritusſcũs
repleuerat. Actuũ.ij. Cũ au
diſſent athenienſes reſurrecti
onem mortuorum quã paulꝰ
predicabat irridebãt euz. actu
um.xvij.

## Capitulũ.40.

De detractione et ſuſur
ratione
Detractores habent sancti
tatis malignationem
Felicitatis indignationez.
Seueritatis punitionem.
Iniquitatis occaſionem
Sublimitatis elationem
Et bonitatis peruerſionem

DEtrahunt
viri peſſimi viris bo
nis ſolum ex malicia multa
falſa plura imponentes. Si
cut dña cui ſeruiebat ioſeph i
ique detraxit ei apud virũ ſu
um imponens et ꝙ eam volu
iſſz opprimere. Gen.xxxix. Si
militer pharao detraxit moy
ſi dicens cui dubiũ est ꝙ non
peſſime cogitetis. Exo.x. Pe
iores sunt tales ꝙ̃ balaam qui
voluit detrahere ⁊ maledicere
populo dei. Nume.xxij. An
cilla peſſima detraxit ⁊ male

# Capitulū.40.

dẽpit zare imponens et inter/
fectõem viroꝝ. Thobie.iij. Se
nes illi peſſimi ſuſannã turpi
ter infamauerũt magnã falſi
tatez imponẽtes ei. Dan.xiij.
Symon male loquebatur de
Onia pñiſore ciuitatis ⁊ de/
fenſore gentis.ij. Macha.iiij.
Falſi teſtes detraxerunt Ste
phano dicẽtes. Homo iſte nõ
ceſſat loqui. Actuū.vij. ¶ De
tractio vitiū eſt inuidoꝝ qui
inuidentes felicitati alioꝝ in
famant eos vt deprimãt. ſic
principes detraxerunt dauid
apud achis.vt amouerent eũ.
i.Regū.xxix. Emuli edifican
tium ſcripſerũt artaxerſi de/
trahentes et vt opus faceret i
termitti.i.Eſdre.iiij. Pñcipes
populi detraxerũt Jeremie apd
Sedechiã regẽ inuidentes ei
Jeremie.xxxviij. Viri chaldei
inuidia moti accuſauerunt iu
deos detrahentes eis coram re
ge.Dañ.iij. Satrape Darij i
nuidentes felicitati Danielis
detraxerunt ei corã Dario. Da
nielis.vi. Phariſei inuiden/
tes chriſto multociens detra
xerunt ei.quia cum publica/
nis conuerſabatur. Mathei
ix.Luce.v. Paulo plurīes ex i
uidia detractum eſt. Actuũ
xxiij. Apud epheſum. Actuũ
xix. A quibuſdã iudeis in tẽ
plo. Actuũ.xxi. A tricliuio co
ram felice rege. Actuū.xxiiij.
Athenis a phariſeis. Actuū
xvij. ¶ Detractores grauiter
puniuntur a deo in preſenti ⁊
in futuro. Nam maria locu/
ta eſt detrahendo moyſi mode
ca occaſione aſſumpta.ſ; cito
ſecuta eſt lepre pena. Numeri
xij. Filij iſrahel detraxerũt ter
re promiſſionis in malum ſu
um.quia nullus eoꝝ intrauit
eam.ſed mortui ſunt ab hoſti/
bus ⁊ beſtijs in deſerto. Nu
meri xiij.⁊.xiiij. Jtẽ ꝑpter de
tractõem chore et complicum
eius multi fuerũt occiſi. Nu
meri.xvi. ¶ Detractio et ac/
cuſatio cauſa eſt homicidioꝝ
et multoꝝ malorum. Naz oc/
caſione doech ydumei referẽ/
tis ſauli ꝙ abymelech confor
tauerat dauid occidit. Saul
lxxxv.viros indutos ephod ⁊
mulieres et paruulos.i.Reg.
xxij. Principes filioꝝ amõ de
trahentes nuncijs dauid per
uerterũt prauã intentionẽ eoꝝ.
et fuerũt cauſa belli guerre de
bellatõis et homicidioꝝ mul

toꝝ.ij.Re.xv. Symon ꝓpoſitus
tēpli ſiue malis relatōib⁹ fa
ciebat templū dei deſpoliari
ij.Macha.iij. Mala verba ⁊ d
tractoria ꝗſtuariorum fecerūt
paulū capi ⁊ verberari. Actu.
xvi. ¶ Detractio a ſupbia pro
cedit et ambitiōe. volētes em̄
exaltari et alios deprimere d
trahunt eis. Sic abſolon am
biens regnū pris detrahebat
ei dicens. Nō eſt q̄ audiat te
cōſtitutus a rege.ij.Reg.xv.
Amon ſuperb⁹ ꝗꝛ nō adoraba
tur a mardocheo detraxit oī
bus iudeis corā rege. Heſte. iij
Alchimus q̄ volebat fieri ſū
mus ſacerdos detrahebat iu
de corā demetrio.i.Mach.vij.
¶ Detractores nō ſūt audiri
nec verbis eoꝝ eſt adhibenda
fides. Nā ſiba ſeru⁹ Miſibo
ſeth neqter detraxit domino
ſuo coram dauid. Et dauid ei
tol⁹ fidem adhibuit verbis ei⁹.
Et ideo peruerſum dedit iudi
ciū.ij.Re.xvi. Sapiēs fuit a
lexāder rex q̄ viros peſtilētes
q̄ venerūt aduerſus Jonathā
detrahētes et ⁊ iterpellātes re
gē aduerſus eū ipe eos nullate
n⁹ audire voluit.i.Mach.x.
¶ Detractores ꝑuertūt ſemꝑ
bona in mala vel mala inten
tione facta. Nā ſi ieiunas di
cit te ypocritā. ſi comedis vo
racē. ſi q̄eſcis pigrū. ſi vidis i
quietū. ſi taces ſtultū. Si lo
q̄ris ꝓſumptuoſū. ſi tua paup
rib⁹ das vl erogas dicit te fore
vanū et glorioſū. ſi nō erogas
auarū. ſi ſapiēs es ſuperbū. ſi
religioſus dicit te ypocritam
ſi bone cōuerſatōis diſſolu
tus es. ſi alioꝝ gratiaꝫ habes
adulatores. ſi alioꝝ gratiā nō
habes maledictus es. Si ma
turitati melancolicus es. vn̄
dicit Criſoſtomus. Sunt q̄
dā peruerſi hoīes ſimiles pha
riſeis q̄ de omni re quā vidēt
malū iudicāt ⁊ in pei⁹ interp
tātur. Jō de iohāne baptiſta
multū ieiunāte dicebāt q̄daꝫ
detractores demoniū habet.
De ieſu aūt comedēte dicebāt
Ecce hō vorax ⁊ potator vini.
Mat.xi. Viſo miraculo de ce
co nato detraxerunt phariſei
dicētes. Nos ſcim⁹ qꝛ hic hō
peccator ē ⁊ maledixerūt illū
nato. Johā.ix. Electo demōio ⁊
loquēte muto q̄dā detrahētes
xpo miraculū ꝑuerterūt dicē
tes. In beelzebub pricī. demo
eijcit de. Luc.xi. Mat.xij.

## Capitulū. 41.

De diſcordia et lite.
Diſcordia oritur ex inuidē-
tia fraternitatis.
Ex adiacentia, cupiditatis
Ex eminētia ſublimitatis
Ex fraudulētia carnalitatꝫ
Ex ꝯplacētia cupiditatis
Ex aſſiſtentia fidelitatis
Corrigit ex prudētia p̄lati

Diſcordia
multociens oritur
ex inuidia fratrum. vt patet ī
prima diſcordia fratrum. vide-
licet inter Cayn ⁊ abel quam
mouit inuidia cayn. qꝛ mune-
ra abel deo placebant. Geneſ
iiij. Occiſo a dauid philiſteo
⁊ auditis cantantibus ſaul p̄
cuſſit mille ⁊ dauid decē mi-
lia inuidia motus. qꝛ min⁹ de
derant ſibi perſecutus eſt da
uid. i. Reg. xviij. In turba erat
diſſenſio de ieſu. Nā dicenti
bus quibuſdā. qꝛ bonus eſt. q̄
dam moti inuidia dicebāt. qꝛ
malus eſt ⁊ ſeducit turbam.
Johā. vij. Aliq̄n ex īuidia diſ-
cordant religioſi ſicut baptiſa
to cornelio a petro diſceptabāt
aduerſus illū qui erant ex cir-
cūciſione fideles inuidētes ei
quia gentilis fuerat. Actu. xi.
Diſcordie fiūt aliq̄n ex auari
tia propter tēporalem ſubſtāti
am. Nam ꝑpter multaꝫ ſub-
ſtantiā quā habebat abraam ⁊
loth facta eſt diſcordia ⁊ rixa
īter vtroruꝫ paſtores. Ge. xiij.
Quia iacob decepit eſau in
hereditate ⁊ benedictione pa-
terna facta eſt diſcordia inter
eos. Geñ. xxvij. Locupletato
yſaac paſtores ſui et paſtores
vicinorum iurgia inceperunt
Geneſis. xxvi. Et propter a-
uariciaꝫ ⁊ tenacitatem nabal
facta eſt deſcordia eius ad da
uid. ſed per abygail prudentiſ-
ſimam largitatem fuit ſapiē-
ter ſedata. vt dicitur. i. Regū
xxv. Diſcordie oriunꝭ mul
tociens ex ſuperbia ⁊ ambitio
ne dominij. Nā qꝛ reges ſo-
domoruꝫ a ſeruitute godorlao
morum factū eſt belluꝫ a qua
tuor regibus contra eos. Ge-
neſis. xiiij. Ex timore perden
di dn̄m pugnauit Amalech
cōtra iſrael per tranſitum ma
ris. Exodi. xvij. Inter abyme-
lech ⁊ viros ſichem qui male
fecerant euꝫ principē facta eſt
magna diſcordia. Iudicū ix.

Nimis peruida diſcordia, facta eſt inter abſolon ꝛ dauid. ij. Regū. xv. Et ꝓpter ſuperbiam ꝛ durā reſponſionē quam roboam fecit populo diuiſum eſt regnum. iij. Regū. xij. Contentio inter diſcipulos facta eſt quis eoꝝ eſſet maior. ex ſuꝑbia videbantur tranſiſſe originem que per humilitatē ſedata fuit. Luce. xxij

Diſcordie fiunt frequenter ꝓpter mulieres. ſiue ꝓpter luxuriā. Nam filij ſodomite vallauerunt domū loth in qua erant angeli ī humana ſpecie vt libidini vacarent. Gen̄. xix. Occaſiōe dyne quā ſichem oppreſſit facta eſt diſcordia ꝛ ſecuta ſunt homicidia. Gen̄. xxxiij. Propter vxorem Leuite peſſime abuſe facta eſt diſcordia tanta. vt ex inde bellaretur, ꝛ ex vna parte tantū. M M. ccccc. hominum morerentur. Iudicū. xx. Quia thamar violata ab amon fratre eius facta eſt diſcordia inter fratres. ex qua frater iuſſit interfici fratrem. ij. Regū. xij. ꝛ xiij. Propter vxorem ſampſonis alteri traditam diſſenſio facta eſt cum philiſteis. Iudicū. xv.

Diſcordie oriuntur aliqn̄ ex vicio gule. Sicut accidit de filijs iſrael qui iurgati ſunt contra moyſen, ductorem eoꝝ ꝓpter defectum cibi ꝛ propter potū. Exod. xvi. et xvij. Attediati filij manna [et pati ſunt contra moyſen petebant carnes. Nume. xxi.

Diſcordia ꝛ diſſenſio in diſputatōe pro inuenienda veritate vel defendenda fide ꝛ factē dis bonis bona eſt et ſuſtinēda. Iō barnaba ꝛ paulo predicantibus yconijs diuiſa eſt ciuitas. ꝛ quidā erant cū iudeis quidam vero bonos apoſtolos defendebant. Actuū. xiiij. Vt per paulū iuſticia per Barnabā miſericordia monſtraretur facta eſt diſſenſio inter eos ꝓpter iohannē. Actuū. xv. Cum exclamaſſet paulus in cōſilio de reſurrectione mortuorū facta eſt diſceptatio inter phariſeos ꝛ ſaduceos. Actuum. xx.

Diſcordes rixātes debent prelati ꝛ maiores corrigere et ad pacem ꝛ concordiā exēplis ꝛ rōnibus prouocare. ſicut moyſes corripuit rixātes hebreos ad inuicem. Exo. ij. Mulieres rixantes propter infantem viuum ſalomon cum vera iuſti

cia prudenter quietauit.iij.re.
iij.Contentōem diſcipulorū
quis eſſet maior chriſtus ſeda
uit.ſe ſua dans exemplū hu
militatis.Luc.xxij.Litiganti
bus iudeis quō chriſtus poſ
ſit ei dare carnē ſuā ad man
ducādū ſaluator mltis exhor
tationibus ſedauit.Johan.vi

## Capitulū.42.

De duricia et obſtinatiōe
Duri et obſtinati verbis uti
libus non informantur
Signis ſublimibus non
corriguntur
Auditis correctionibus pe
iores efficiuntur

Duri et ob
ſtinati in malo per ver
ba et predicationes non emol
liuntur.ſicut duri lapides ſu
per quibus ſi cadat aqua non
moleſcunt interius.Sic he
ly verbo filios corripuit ſꝫ nō
profuit.vt habetur.i.Regū.ij.
Samuel ſatis dixit ꝓplo gra
ues conditiōnes regis ⁊ volū
tatem dei nō potuit immuta
re animū eoꝝ.i.Regum.viij.
Nec per verba ionathe admo
nētis nec per bñficia dñs cor
durū ſaul potuit immutare.vt
habetur.i.Regū.xviij.Nabal
fuit ita dur⁹ ꝙ ad dulcia ver
ba nunciorꝝ dauid flecti non
potuit.i.Reg.xxv.Multa ver
ba dixit abner ad aſahel vt n̄
perſequeretur eū.ſed ipſe nō aſ
ſenſit ⁊ occiſus crudeliter fu
it.ij.Regū.ij.Nunciȷ ezechie
lis inſtruebant et predicabāt
vtroſ inda.ſꝫ ipi indurati ſub
ſannabāt eos.ij.Paral.xxx.
Duri ⁊ obſtinati quātūcū
qꝫ viderint ſigna ⁊ mirabilia
fieri ꝓpter hoc nō mollificant
mentes ſuas.Sic induratū
fuit cor pharaonis qui ad mul
ta ſigna que moyſes de man
dato domini faciebat emollie
batur ad credendū dño.Exod
v.vi.vij.viij.⁊.ix.Iudei q̄ ap
prehenderūt ieſū fuerūt duriſ
ſimi ⁊ obſtinati ꝙ neqꝫ per ſi
gna ꝓſtratōis eoꝝ neqꝫ per ſi
gnū ſanationis auricule moti
ſunt cōtra eū.Lu.xxij.Johan.
xviij.Duri ⁊ obſtinati non
ſolū nō acqeſcūt.ſꝫ etiā ſi rep
hendūtur peiores fiūt.Nam
durior fuit cayn poſt āmoni
tōem dñi ⁊ fratrē occidit.Ge
ne.iiij.Obſtinati iudei zach
aria icrepāte ⁊ āmonente eum

crudeliter occiderunt. ij. Para
lip. xxiiij. Stephanũ icrepã-
tẽ iudeos de eoꝝ duritia ipſi
cũ neqter lapidauerũt. Actu-
um. vij.

## Capitulũ. 43.

¶ De eccleſia vel templo.
¶ Eccleſia materialis eſt
¶ Sine pigritia edificandã.
Sũma leticia dño dicãda
¶ Ubi flagicia non ſunt per
petranda
¶ Ibi ſpurcitia eſt emendãda
Eſt ad officium ſic vt ſit. in
da.
¶ Ubi plebis vicia ſunt pre-
dicanda.

Eccleſia cũ ſolicitudine ⁊ feruo-
re debet a fidelibus edificari.
Idõ feruentioꝛ fuit ſalomõ in e-
dificatione templi prius ince
pit ⁊ prius perfecit. qꝛ tẽplum
in ſeptem annis. Domũ vero
in. xij. iij. Regũ. vij. Magnã
cauſam habuit dñs de edifi
catione eccleſie qñ precepit Cy
ro ꝙ edificaret ei domũ in Je
ruſalẽ. quod prius predixerat
per yſaiũ. yſaie. ij. t. i. Eſdꝛe. i. Iu
dei prius edificauerunt tem-
plum quam muros ciuitatis
licet haberent inimicos ꝓpꝛ
t. Eſdre. iij. ¶ Eccleſia edifica
ta debet ſolẽniter ⁊ cũ gaudio
conſecrari in toto vel in parte
ſcilicet in altari. Ideo magnã
ſolemnitatem fecit Salomon
in dedicatione templi. iij. Re-
gũ. viij. Obtenta victoria de
inimicis machabei dixerunt
ecce contriti ſunt inimici no-
ſtri cui contaminauerunt tẽ-
plũ aſcendamus nunc mũda
re ⁊ innouare ſancta. i. dedica-
re eccleſiam nec de ſuis do-
mibus fecerunt mentionem.
primo Machabeorum quarto
Multum debet homo timere
violationem dedicationis tẽ-
pli. Nam iudei preſtatiuri cuꝫ
nycanore plus timebant de vi-
olatione templi ꝙ de ſuis ꝓ-
prijs vxoribus et filijs. ſecun
do Machabeoꝝ decimoquin-
to. ¶ Eccleſia dedicata debet
eſſe libera ⁊ gaudere priuilegio
libertatis. vt fugientes ad eã
ſaluentur. nec ibi aliquis oc-
cidatur. Ideo precepit ioiadas
põtifex. vt athalia educeretur
extra templum et non occide-
retur. nec ſibi aliquid fieret in

templo. vt habetur .iiij. Re.xi. Rex demetrius statuit q̄ qui/cunqȝ fugeret ad templū in oī maleficio esset liber. i Macha. x. Quāuis iudei graui odio persequerentur paulū. tn̄ pro/pter reuerentiam ꝛ libertatem templi noluerūt eum occidere in templo. Actu.xxi. ¶ Ecclesiam debet homo intrare mūdus a peccato. In cuius figura dixit dn̄s moysi. Facies labrum eneū ad lauandū ꝛ missa aqua lauabant aaron ꝛ fi/lij eius manus ſuas et pedes cū ingreſſuri ſunt tabernaculū. per manus opationes ꝑ pedes affectiōes. Exo.xxx. Nō licebat niſi paucis ꝛ mundis intrare templū ꝛ tangere vaſa eius. Numeri.iiij. Quoniā ſepe mundauit domin⁹ tem/plū eijciens vendentes ꝛ emētes ꝛ menſas ꝛ oues ꝛ boues ꝛ columbas q̄ templū redde/bāt immundū Mat.xxi. Lu. xix. ¶ Eccleſiā debet homo ītrare ꝛ ſepe viſitare. ꝛ ſpeciali/ter clerici ad horas canonicas reddendas ꝛ orationes offerē/das. Jō commendatur thobi/as q̄ frequenter iuit ad tem/plū orans deum nobis in exēplum. Thobie.i. Inſtructi ſūt pueri vt eccleſiā viſitent exē/plo criſti qui .xl. die a nt̄itate voluit ad tēplū deferri. ꝛ duodecim in templo in medio do/ctoꝝ fuit a matre reportatus. Luce.ij. Petrus ꝛ iohānes a/ſcenderunt in templum ad horam orationis nonā. ꝛ tunc ſanatus eſt claudus quē petrus ſanauit. Actuū.iij. Eunuch⁹ candacis regine ethiopū commendatur qui de ethiopia ve/niebant in ieruſalem ad viſi/tandum templum ꝛ ſedens ī currum legebat Iſaiam ꝓphe/tam. q̄ eſt contra illos qui ad ſacra loca euntes et redeuntes non referunt documenta. ſed vana. Actuum.viij. ¶ Eccle/ſiam debet homo viſitare fre/quenter ꝛ predicationes ꝛ documenta audire que debent ꝑlati ꝛ religioſi facere deteſtando vicia ꝛ laudando virtutes Exemplo chriſti qui plures predicauit ꝛ docuit in templo vt habetur Matthei.xxi. Lu/ce.ix. et Johannis.vi. Angel⁹ aperto carcere in quo erant apoſtoli vincti. dixit eis. Ite loq̄/mini. vt habetur Actuū quin/to capitulo.

## Capitulũ. 44.

De electione prelatorum
Electionem ſemper oratio
debet precedere
Deſignatio ſolet incedere
Juſtificatio debet accedere.
Sed malignatio ſolet intẽdere.

Electionez debꝫ precedere deuota oratio ad deum. vt deus eligentiũ corda illuminet ad veraciter eligendũ. Sic nos inſtruit moyſes qui moriturꝰ ante electõem alterius prelati orauit dicens. Preuideas de homine q̄ ſit ſuper multitudinẽ. vt habetur Nume. xxvij. Poſt mortẽ ioſue orauit populus dñi ꝛ conſuluit eũ p duce. Judicum. j. Apoſtoli cũ eligerent apoſtolũ loco Jude ſtatuerunt ioſeph ꝛ mathiã ꝛ orãtes dixerunt. Tu dñe q̄ noſti corda hoim oſtende nobis quẽ elegeris ex his duobꝰ. Actuũ primo. Elegit deus aliquando prelatos per ſigna vel p reuelationes. ꝛ iſte ſunt optime electões. ſicut precepit moyſi. Tolle virgã ꝛ põe in tabernaculo. q̄d cum feciſſet inuenit virgam Aaron germinaſſe in ſignum diuine electõnis. Numeri. xvij. De mãdato domini ſpeciali elegit ſamuel Dauid ꝛ vnxit eũ in regem. j. Regum. xvi. Barnabã ꝛ paulum elegit dñs per reuelationẽ dicens ſequimini. ꝛc. Act. xiij. Eligendi debent eſſe boni ꝛ iuſti. vt iuſte ꝛ pacifice regant populũ. Tales dixit jetro moyſi eſſe eligendos. di: q̄ eligeret ſapientes ꝛ timentes deũ in quibus eſſet veritas ꝛ qui oderint auariciã nobis ꝛ precipue religioſis in exemplũ. Exo. xviij. Saul quãdo fuit electus erat bonus et nõ erat in filijs iſrael melior. j. Regũ. ix. Poſt mortem ſaul illi de tribu iuda elegerũt dauid bonum in regem. ij. Re. ij. Appropinquans morti dauid dixit. De filijs meis elegit dominus ſalomonẽ. j. Paralip. xxviij. Scripſit dñs rex dicens. Eligite meliorẽ de filijs dñi veſtri. iiij. Regũ. x. Vocauit Jeſus diſcipulos ſuos et elegit ex eis duodecim, meliores quos vocauit apoſtolos. Luce. vi. Elegerunt apoſtoli

Stephanū virū plenū ſpiri-
tuſancto ꝛ fide. Actuū.vi.
Eligere dn̄t electores prelatū
nō infirmū.ſz forte qui poſſit
contra hoſtes ſpūales vel tem
porales vel corporales eos de
fendere ꝛ onera prelatōis ma-
gnanimiter portare. Jō moyſes
videns madianitas ſupare po
pulū dei ad vlciſcendū eū elegit
duodecim milia viroꝝ de omī
tribu fortiſſimos q̄ bellare poſ
ſent. Numeri.xxxi. Videntes
filii iſrahel ꝙ gedeon viriliter
pugnabat dixerūt. Dn̄are tu
nobis.ꝛ elegerunt eum in du-
cem ꝛ dn̄m. Judicū.viii. Ma
iores natu galaad elegerūt Je
pte vt imperaret eis ꝛ pugna
ret pro eis. Judicū.x. Amici iu
de dixerūt Jonathe. Ecce Ju-
das defunctus eſt ꝛ nō eſt ei
ſimilis te eligemus hodie in
principem pro eo.ꝛ ducem ad
bellādū bellū noſtrū.i. Mach
abeo.ix. ¶ Eligerunt aliqn̄ di
uino iudicio in dampnū eoꝛ
ꝛ mali populi eligentis: ſicut
abymelech qui procurauit eligi
per amicos.ſed male ſucceſſit
vtriſqꝫ. Judicū.ix. Parabola
de rāno electo ab arboribus p
tinet ad prelatos malos. Jud.
ix. Terribili dei iudicio factus
eſt rex Jeroboam ſuper decem
tribus q̄ fuit occaſio.ꝙ popu-
lus recederet a cultura dei.iii.
Regum.xii.

## Capitulū.45.

De exhortatione ꝛ predica-
tione.

Exhortatio bona ſolet
Contemnentes nō timare.
Audientes honorare.
Morientes liberare
Exercentes recreare
Delinquentes coartare.
Patientes confortare.
Perparentes obſectare.
Negligentes incitare
Reſerretes animare.
Nō credentes reuocare.

Exhortatio
ꝛ predicatio obſtina
tis non prodeſt. Exterior enī
exhortatio ſine interiori nihil
prodeſt.ꝛ parū eſt efficax. Na
Cayn exhortatus exteriori in
voce dei a concepta nequitia
non deſtitit.ſed primū fratrē
ſuum crudeliter occidit. Gen.
iiii. Sodomite cum admone
rentur male reſponderūt ꝛ peſ
ſime egerūt. Gene.xix. Hortā

tu ꝫ eſt abner aſahelem. ſꝫ ipſe
obſtinatus non acquieuit. et
occiſus fuit. ij. Regum. ij. Cur
ſores ezechie exhortati ſunt fi
lios iſrahel. ſed ipſi obſtinati
deſtruxerunt eos. ij. Paralipo
xxx. Satis exhortabatur Da
niel Nabuchodonoſor. ꝙ pec
cata ſua redimeret elemoſynis
ſed nihil ei profuit. Danie. iiij.

¶ Exhortationes bonorū au
dientibus et ſequentibꝰ mul
tum proſūt. ⁊ bene accidit eis.
Sic bene accidit iacob ꝙ ac
quieuit exhortationibus ma
tris. ⁊ benedictionem habuit.
Geñ. xxvij. Bene ſucceſſit fra
tribus Joſeph qui crediderūt
exhortationibus Ruben. ⁊ iu
da. ne interficerent Joſeph. q
per eum poſtea ab inopia ſunt
ſubleuati et exaltati. Geneſ
xxxvij. ⁊. xliij. Serui Naa
man hortati ſunt eum vt cre
deret verbis Heliſei. qui acq
euit ⁊ in iordane ſe ſepties la
uit et ſanitatē recepit. iiij. Re
gum. v. Thobie bene accidit
quia credidit exhortatiōibus
rachael. Nā incolumis iuit
⁊ rediit. vt habetur Thobie. vi

¶ Exhortatio bona quādoqꝫ
liberat hominem a morte. nā
exhortatio quā fecit ſoror moy
ſi filie pharaonis mulier He
brea pro nutriēdo puulo cum
vocaretur liberauit moyſen a
morte ꝙ nō ſubiebat egiptias.
exod. ij. Bona exhortatio quā
fecit abygail ad dauid libera
uit nabal a morte. i. Reg. xxv.
Qñ mardocheꝰ exhortatꝰ ē he
ſterꝫ rogaret regē p populo. po
pulū a pículo eruit Heſter. iiij
Abymelech exhortatꝰ ē ſedech
iam ⁊ liberauit Jeremiā a car
cere ī quo morabat Je. xxxviij.

¶ Exhortatio bona laborem
et fatigatiōem minuit ⁊ recre
ationem tribuit. Nam exhor
tatio quam fecit yetro Moyſi
vt iudices minores ſtatueret ⁊
ipſe ſtulto labore ſe nō cōſume
ret. Diminutꝰ eſt labor et fa
tigatio moyſi. Exodi. xviij. E
dificantes templum in, ieru
ſalem de captiuitate reuerſos
hortabātur eggeus ⁊ zachari
as pphēta ⁊ recreabāt eos in
laborībꝰ ſuis. i. Eſdre. v. Deſi
derās neemias edificare mu
ros ieruſalē hortatꝰ eſt optia
tes et magiſtratꝰ dī. Surga
mus et edificemꝰ et alleuiatꝰ
ē labor. et cōfortate ſūt man̄
eorum in bono. Neemie. ij.

# Capitulũ .45.

Exhortatio retrahit a peccato
tam in ꝓpoſito exiſtentes. Si
cut exhortatio Abygail ad da
uid eũ a peccato homicidij qđ
conceperat facere retraxit. i. re
gũ. xxv. Quãdiu vixit ioiada
qui exhortabatur ioas regem
iuda tamdiu fuit ioas bon⁹.
ſed eo mortuo factus eſt peſſi-
mus. Exhortatio enĩ illius re
trahebat eum a malo. ⁊ poſtea
quando nõ habuit exhortatõ
nem ruit in omne pctm̃. vt ha
betur. ij. Paralip. xxiiij. ⁊. iiij.
Regũ. xij. Ad exhortatõem ne
emie vſurarij reddiderũt vſu-
ras ⁊ vlterius nõ acceperunt
Neemie. v. Baptiſta exhortã
tem populũ multi baptiſabã
tur confitentes peccata ſua.
Matthei. iij ¶ Exhortatio bo
na tribulatos confortat ⁊ tri-
bulationes portare leuius ad
iuuat. Ideo thobias pergebat
per omnes in captiuitate poſi
tos exhortans eos. Thobie. i.
Tribulato iob venerũt amici
eius ad confortandũ eũ. Iob
ſecũdo. Primus illoꝝ ſeptem
fratrũ cum in ſartagine torq̃-
retur ceteri cũ matre hortabã
tur vna ſe mori fortiter dicen
tes. Dñs aſpicit. vt habetur
ij. Macha. vij. ¶ Exhortatio
bona parentum ad filios fa-
cit eos eſſe bones. Iõ ſumope
re ſtudere debent parentes fi-
lios ⁊ filias exhortare. Sicut
parentes vxoris thobie mo/
nuerũt eum honorare ſoceros
maritũ diligere gubernare do
mũ ⁊ ſeipam irreprehenſibilez
exhibere. Thobie. xviij. Mori-
turus mathatias filios effica
citer hortatus eſt ad agendũ
viriliter pro lege dñi quod ipſi
optime ſeruauerunt. i. Macha-
beoꝝ. ij ¶ Exhortatio bona in-
citat ⁊ iuuat homines ad bo/
num ⁊ virtutẽ. Sicut iudith
ſua exhortatõne animauit ho
mines de bethulia ad virili-
ter reſiſtendum oloferni et ad
complacẽdũ deo. Iudith. viij
Iudas machabeus hortabat
⁊ animabat populũ ſermoni-
bus bonis. i. Macha. iij. ⁊. iiij
et. ij. Mach. viij. x. ⁊. xi Paul⁹
et barnabas hortabantur fra/
tres ⁊ animabant vt perma/
nerent in fide. Actuum. xiiij.
¶ Exhortationes in predicati
onibus debent predicatores li
benter facere. tũ quia eis hoc
officium a deo iniungitur. Iõ
quia ex ipſis peccatores ⁊ infi
deles ad dñm conuertuntur
ꝓpter primũ dixit dñs Iſa. i.

Clama ne ceſſes q̃ſi tuba ex/
alta vocem tuã ⁊ annũcia po
pulo meo ſcelera eoꝝ. ⁊ domui
iacob peccata eorum. Iſa.lviij.
Jeremias primo de predicatio
ne ſe excuſauit. poſtea dño cõ
ſulente cõſenſit. Jeremie.i.⁊.ij
Factũ eſt verbũ dñi ad ionã p
phetã: vt iret predicare in ni/
niuen ciuitatẽ grandem. qui
licet primo fugerit poſtea obe
diuit. Jone.i.⁊.ij. Miſit ſalua
tor diſcipulos dicẽs predica/
te dicentes. Appropinquabit
eñ regnũ dei. Mat.x. Expro/
brata incredulitate eorũ chri/
ſtus dixit diſcipulis. Predi/
cate euangeliũ omni creatu/
re. Marci.xvi. Exhortatio
predicationis vtilis eſt. qꝛ pec
catores ⁊ infideles ad deum
conuertuntur. Sicut predica
tio Jone conuertit niniuitas
q̃ propter peccata ſubuerti de
bebãt. Jone.iij. Petrus in pẽ
thecoſte ſic efficaciter predica/
uit. ꝙ circiter tria milia hoĩm
conuertit ad fidem. Actuũ.ij
Ad predicatõem petri tot cre/
diderunt ꝙ factus eſt nume/
rus credentium quinqꝫ milia
Actuũ.iiij. Predicantibꝰ pau
lo et barnaba yconijs. credide/
runt multi iudei ⁊ greci. Actu
um.xiiij. Non debet homo p̄
dicator attediari predicare le/
gem nec auditores audire dũ
modo ſermo ſit vtilis. Naz q̃
dam vice predicauit Paulus
vſqꝫ ad mediam noctem. vbi
quidam adoleſcens oppreſſus
ſomno cecidit ⁊ mortuꝰ ẽ quez
deſcendens ſuſcitauit ⁊ iterũ
predicatõnem reſumens vſqꝫ
ad diem protraxit. Actuũ.xx
Eſdra ſtante ſuper gradũ li/
gneum et predicante ſiue legẽ
te libros a mane vſqꝫ ad me/
ridiem omnis populus cõgre
gatus eſt quaſi vir vnꝰ ⁊ au/
res eoꝝ erant erecte ad librũ
Neemie.viij.

## Capitulũ.46.

De fallacijs mulierum.
Fallentes mulieres inten/
dunt.
Guloſitatis deceptõem.
Veritatis ſubuerſionem
Carnalitatis accenſionem
Cupiditatis repletionem.
Dei pietatis compaſſionẽ

Fallatia mu
lierũ ẽ vt ſeducant homines
ad omne malum ſiue vicium

# Capitulū. 46.

Et quia per viciū gule cetera
vicia introducūtur. Ideo de vi/
cio gule primos hoīes decipiē
do ſeducūt vt ſic ad ſpūalē
⁊ corporalem deducant īteritū
Nā in occaſione Eue primus
homo ſeductus eſt vt vetitū
fructum comederet. ex quo ſpi
ritualem ⁊ temporalem mortē
incurreret Gen̄. iij. Sizaram ſi
tientem ex labore yahel inuita/
uit ad potum ⁊ fraudulenter
aquam petenti lac tribuit de
cuius potacōne ſopitū occidit
Judicum. iiij. ¶ Fallaces mu
lieres ſunt decipiendo mēda/
cijs quibus mulcium fallen/
do vtuntur. Vnde zara nō ſo/
lum homines ſed deum volu
it fallere mentiēdo dicēs. Nō
riſi. Geneſis. xviij. Cum ſuis
mendacijs addunt aliquādo
lacrimas falſe mulieres vt ci
tius eis credatur. Sic vxor ſā/
pſonis fundebat lacrimas di
cens. Odiſti me ſe ſimulans
ſampſonem diligere cuius ſe
cretum poſtea retulit quod ce
lare promiſit. Iudi. xiiij. Mē
tita eſt dalida ſimulans ſe ſā
pſonem diligere donec ſecretū
ſue fortitudinis reuelaret quēz
poſtea fallens tradidit inimi/
cis. Iudi. xvi. Vn̄ de talibus
fallenter plorantibus dixit q̄/
dam poeta. Dum burſa ſonat
hoīs ſibi ſpeciales erūt. Cum
eam depauperauerūt. ditiores
querūt. Vn̄ tibi prebet oſculū
⁊ magis lacrimatur. Vt ho/
minē ſeduceret in tēcto magis
verſatur. ⁊c. ¶ Fallacias mul
tas inueniūt mulieres vt vi
ros ad luxuriaz trahant et ſic
ad ſuas voluptates alliciant
Nā filie loth bīn alios viros
decepiſſent. ex quo prēm tali/
ter deceperūt q̄ ad luxuriam
eū ⁊ inceſtū duplicē prouocaue
rūt. Gen. xix. Mulieres moa
bitarū fornicari fecerūt filios
iſrael Nume. xxv. Dn̄a cui io
ſeph ſeruiebat fallere eū p lu/
xuriā voluit. ſed neſciuit. Ge/
neſ. xxxix. Citius deceperūt
populum mulieres Mo. ibi/
te q̄ daliba. vt habetur Nu/
me. xxv Licet optima itentōe
Iudith holofernē per accenſio
nē luxurie decepit. Iudith. x.
Herodias per ſuā filiā ſic de
mētauit Herodē vt decollari
faceret Iohannē quem iuſtū re
putab. ⁊c. Mar. v. Mat. xiiij.
Fallacias inueniūt mulieres a
uaricia ⁊ cupiditate attracte,

Sic rachel q̄ ꝓpter auariciaꝫ
furata fuerat ydola pri̇́s ſui ꝛ
cū pater inſecut⁹ ſupelectileꝫ
iacob ſcrutaretur prēm p̄r'l/
cia adinuentōe deluſit. Gen.
xxxi. Saphira ꝑ auariciā fu/
rata fuerat preciū agri ꝛ credi
dit petrū decipere. ꝛ ipſa expi
ta eſt diuinā ꝑcuſſionē. Actuuꝫ
v. Falluūt aliq̄n mulieres i/
niquos volētes alijs nocere ex
cōpaſſione ꝛ pietate detrahen/
do ꝛ eruendo de eoꝝ manibus
innocētes. Sicut obſtetrices
pharaonē nolentes interficere
pueros filiorum iſrahel. vt ha
betur. Exo. i. Raab exploratores
abſcondit ꝛ eos ad mortē que
rētes illuſit. Joſue. ij. Micol fe
cit fugere dauid a ſaule q̄ren/
te eum occidere ꝛ poſuit ſtatu
factū ſuper locū ſuū. ꝛ ſic de/
luſit ſaul ꝛ dauid liberauit. i.
Reg. xix. Mulier abſcondit fi/
lios dauid i puteo ꝛ poſuit ve
lamen ſuper os putei. ꝛ ſic eoſ
ſaluauit ꝛ liberauit. ꝛ eos que
rentes deluſit. ij. Re. xvij.

## Capitulū. 47.

De fide ad deum.
Fides ad deum,
Commendatorum perfecti/
one oſtenditur
Miraculorum preceſſione
extenditur
Inimicorum abiectione at
tenditur
Periculorum euaſione ac/
cenditur
Ultra ſignorum oſtenſio/
ne defenditur
In deuotorum ſaluatōne ꝑ
penditur
Predicatorum inſtructōne
īfunditur.
Incredulorum vexatione p̄
tenditur.

Fidem ha/
bentes magnā ꝛ deo
credentes i ſcriptura commē/
dantur vt eorū exemplo creda
mus. Nam credidit abraam
deo ꝛ reputatū eſt ei ad iuſtici
am. Gen. xv. Moyſen de ma/
gna fide cōmēdat apl's dicēs
Fide moyſes magn⁹ effect⁹ eſt
Ad hebre. xi. Mariā virgineꝫ
de magna fide cōmēdat eliza/
beth di. Btā es que credidiſti
qm̄ ꝑficiētur ea. ꝛc. Lu. i. Cō/
mēdat ſaluator fidē cēturiōis
di. nō inueī tātā fidē i iſrl'. mat
viij. Credētes laudat dn̄s di.
eos eē btōs. bti q̄ n̄ vi. ꝛc. io xx.

# Capitulum.47.

De fide commendatur Ste‑
phanus. Nã dicitur stepha‑
nus plenus fide ⁊ spiritusan
cto. Actuum.vi. ¶ Fides ali‑
quando acquiritur ex miracu
lis precedentibus ⁊ ostensis.
Dum em̃ homines vidẽt mi
racula inducuntur citius ad
credendũ. Jõ postq̃ filij israel
transierunt mare miraculose
diuisam ⁊ viderũt pharaonez
submersum timuerũt deum ⁊
crediderũt deo. Exo.xiiij. Ma
gi videntes stellam eius mi‑
raculose monstratã magnã et
nouã fidem receperunt veniẽ
tes de longinquo adorare par‑
uulũ puerũ xp̃um firmiter cre
dentes esse deum Mat.ij. Vi
so miraculo de claudo sanato
per petrũ ⁊ Johannem factus
est numerus credentiũ quin‑
q3 milia. Actuũ.iiij. Paulus
et cornelius vario modo vtri
q3 ostenso sibi miraculo est cõ
uersus ad fidem. Actuũ.ix.et
x. Proconsul videns elymam
magũ per paulum miraculo‑
se cecatum credidit. Actu.xiij
¶ Fidei attribuitur victoria
ipsa em̃ est que triumphũ ha
bet de hostibus. Juxta illud.
Sancti per fidem vicerũt re‑
gna. Hebre.xi. Hec ẽ em̃ victo‑
ria que vincit mundũ fides
nostra. Ideo dixit Jona cũ ma
gna fide armigero suo. Non
est deo difficile saluare ĩ mul
tis vel paucis qui postea vi‑
ctoriã habuit.i. Regum.xiiij.
Cũ magna fide dixit dauid
ad goliath. Tu venis ad me
cũ gladio hasta ⁊ clipeo. Ego
aũt ad te venio in nomine do
mini. et triũphauit in pugna
i. Reg.xvij. Magna fides fu‑
it qñ dixit aza. Dñe nõ ẽ apd
te vlla distantia vtrũ in pau‑
cis auxiliaris an in pluribus
⁊ bellando victoriã habuit.ij.
Paralip.xiiij. Similr dixit
iudas machabeus socijs exti
tit triumphator.i. Machabe.
iij. Fides facit hoĩem securũ
in omĩ periculo ⁊ aufert om̃ez
timorem. Jõ dixit iosophat ex
ercitui suo. Credite in dño deo
⁊ securi eritis.ij. Paralip.xx.
Esdras venturus in ierusalẽ
per periculosam viam noluit
conductũ petere a rege. s3 cũ
fide magna conuertit se ad do
minũ ieiunijs ⁊ orationibus.
vt habetur.i. Esdre.viij. Vi‑
dẽs neemias tot imminere pe‑
ricula et laborem edificantib9

dixit. Cum fide magna. De⁹ noſter pugnabit pro nobis et nos ſecuri faciemus opera. Neemie.iiij. Cū magna ſecuritate dixerunt tres pueri regi. Deus pater nos eripuit d manibus tuis Dan̄.iij. Exabundanti fide ⁊ ſecuritate proceſſerant verba illoꝝ ſeptē fratrum.ij. Macha.vij. Fides operatur miracula ſiue fidem habentes. Ideo chriſtus dixit Si habueritis tantam fidē q̄tum granū ſynapis ⁊ dixeritis huic monti tollere ⁊ mittere te ī mare. Mat.xxi. Mar. xi. Dicitur aūt ibidē. Signa aūt eos qui in me credent hec ſequentur. In noīe meo eiicēt demonia. Marci.vltimo. Miracula etiā recipiunt fidē habentes. Jō dn̄s propter fidem centurionis ſanauit ſeruum. Mat.viij. Multū debet valere chriſtianis fides propria. ſi tātū valuit paraſitico aliena q ſanauit eum. Luce.v. Mat. ix. Que mulier chananea magnaꝫ fidem habuit ideo ſanitatem filie impetrauit. Matthei.xv. Credens pater pueri lunatici dixit. Credo dn̄e adiuua incredulitatem meam.

Marci.ix. Paulus vidēs quendam qui nunq̄ ambulauerat habentē fidem ſanauit eum. Actuū.xiiij. Fides ſaluat ſiue facit homines ſaluari. Jō mulier patiens fluxū ſanguinis ait intra ſe. ſi tetigero fimbriā veſtimēti eius ſalua ero Et ſequitur. Confide filia fides tua ſaluā te fecit. ⁊ ſanata eſt.mat.ix. Magna fuit magdalene fides ppter quā chriſtus dixit ei. Fides tua ſaluā te fecit vade in pace. Luce.vij. Cuſtos carcerꝭ ī quo erat paulus videns terremotū ⁊ carcerē apertū dixit. quid me oportet facere vt ſaluus fiam. rn̄dit ei. Crede in Jeſum ⁊ ſalu⁹ eris. Actuū.xvi. Fidem inſtruunt ⁊ inſtruere debent p̄dicatores verbum dei populū audientem ⁊ ad eam inducere nō credentes. Nā predicante petro in penthecoſte crediderunt.ccc.milia viroꝝ. Actu. ij. Multi ſamaritani crediderunt in predicatione philippi ⁊ etiā ſymon magus. Actuūꝫ viij. Poſtq̄ philippus predicauit eunucho dixit eunuch⁹ Ecce aqua quis prohibet me baptiſare. Dixit philippus. ſi

credēdo ēēs in deū ex toto corde
⁊ aīt. Credo dñm ieſum criſtū
Actuū. viij. Quidā cipriȷ ⁊ ci
reneȷ loq̄bantur ad gentes et
multi cōuerſi ſūt ad fidē. Actu
um. xi. Fidem nō hñtes vel
modicā hñtes dñs reprehendit
⁊ puniuit. Jō zacharias qui ver
bis angeli fidem nō adhibuit
angelus cū taciturnitate per
cuſſit dicēs. Nō poteris loq̄
quouſq; hec fiant. p eo q̄ non
credidiſti. Lu. x. Puniuit dñs
illos de patria ſua ꝑpter care
tiā fidei ſubtrahendo virtutes
⁊ miracula. Nā q̄r q̄dem ipſi
fidē nō habebāt. Jpe ibi virtu
tes ⁊ miracula nō oſtendebat
Mat. xiij. Reprehendit ſaluator
petrū dt. Modice fidei quare
dubitaſti. mat. xiiij. Thomā
etiā nō credentē dñs arguit
dicens. Noli eſſe incredulus
ſed fidelis. Johan. xx.

## Capitulū .48.

De fide magna mulierum
Fides magna mulierū ma
gna eſt.
More virorum ſic extollūt
Verbis ſanctorum ſic ob
ſecuntur
Ne creditorum corda pro
muntur.

Fides ſan
ctarum mulierum in
ſacra ſcriptura extollit ⁊ lau
datur. Nā cōmendat apoſto
lus ad Hebreos. xi. Raab me
retricem q̄ nō periȷt cū icredu
lis ſuſcipiens nūcios explora
tores in pace. De q̄bus dr Jo
ſue. ij. Cōmēdatur de f. de ruth
que dixit ſocrui ſue. Populus
tuus populus meus. ⁊ deus
tuus deus meus. vt habetur
Ruth. i. Redarguitur zachari
as ab angelo de icredulitate.
Sʒ elizabeth cōmēdatur d. fi
de. q̄r fideliter exclamauit. Lu.
i. De reſurrectiōe dñi multos
viros legim⁹ dubitaſſe. ſʒ de
mulieribus nihil legim⁹ tale
ſed q̄ apparuit p̄io marie ma
gdalene ⁊ illa credēs ⁊ currēs
fideliter aplīs nūciauit. Mat
xxviij. Marci. xvi. Fidem
hñt mulieres ſctē credēdo ver
bis ſanctoꝝ viroꝝ. et eis fidē
plenarie adhibēdo. ſic vidua ſa
reptana verbis helye fidē ad
hibuit. lʒ ille rē multū diffici
lē ſibi iuberet. iij. Reguʒ. xvij.
Alia mulier debitis obligata
verbis heliſei magnā adhibu

et fidē. ⁊ vaſa mutuo acceſſunt
⁊ oleū multiplicatū inuenit.
iiij. Regū. iiij. Lidia purpura
ria paulo iuſtruēti credidit. et
baptiſata cū omni domo ſua
fuit. Actuū. xvi. ¶ Fidē non
ſolū mulieres. ſʒ hoīes debēt
ore cōfiteri. Qr corde creditur
ad iuſticiā. ore aūt fit cōfeſſio
ad ſalut. Roma. x. Dñ̄ ⁊ mū
di creatorē ⁊ corpoꝝ reſurrectio
nem cōfitebatur illa mulier q̄
ſeptē filios ad mortē p̄ dei le/
gibus amiſit. ij. Macha. vij.
Anna pphetiſſa confitebatur
dñm ⁊ loq̄batur de illo oī vo/
lenti audire. Lu. ij. Mulier ſa
maritana cōfeſſa ē fidē dicēs
Scio ꝙ meſſias venit q̄ di
citur xp̄s Iohā. iiij. Confeſſio
fidei marthe ſimilis fuit con
feſſiōi petri. Iohā. xi. q̄ dixit.
Ego credidi ꝙ tu es xp̄s fili⁹
dei viui. vt ſupra. Iohā. xi. De
fide mulieris ſanguifflue cha
nanee ⁊ magdalē. q̄re ca. xlvi.

## Capitulū .49.

De fidelitate hoī ſeruanda
Fideles debent eſſe homīes
Obedientia vere parendo
Beniuolentia ſe diligendo
In preſentia bū ſe regendo
Pleni ſcientia in cōſulendo
Et icuretētia pacta tenēdo.

Fideles debent eſſe ſerui domi
nis ſuis ⁊ nunq̄ ſibi impoſi
ta pretermittere. Sic Eleazar
ſeruus abrae fideliter egit ſibi
cōmiſſum a dño ꝙ iuit p̄ Re
becca uxorē ei⁹. vt habetur ge/
neſis. xxiiij. Iacob fideliter ſer
uiuit laban paſcendo fideliter
⁊ ſollicite greges. Gene. xxxi.
Erga dominū ſuum Ioſeph
ſe fideliter habuit quādo vxo
rem eius vrgentem tāgere re/
cuſauit. vt habetur Geneſis
xxxix. Noluit dauid tangere
ſuū dñm perſequentē ſibi cū
potuit eū occidere. i. Re. xxiiij.
Armiger ſaul licet indiſcrete
tamē fideliter ſe hūit. q̄r nolu
it viuere poſt mortē ei⁹. i. Reg.
xxxi. hoc eſt vltimo. Fideliter ſe
habuerūt viri Iabes ad dñm
ſuū ūlicet in alū honorifice ſepe
lierūt. i. Reg. xxxi. Vrias fide/
lis fuit nolens requieſcere in
delicijs ꝙ ſolū Ioab eius capi
taneus eſſet in exercitu quan
tumcunq̄ʒ eſſet a dauid vt re
quieſceret pluries ſuper latus
eius. ſecundo Regum. vndecio

# Ca49.de fidelitate hoi ſeruāda.

Joab fuit domino ſuo vald' fi
delis qn̄ capiēdo ciuitates vi
ctoriam non ſibi ſed dn̄o pre/
buit.⁊.Regum.xij.Tres viri
robuſtiſſimi viriliter defende
runt dn̄m ſuum afferentes ei
aquā de ciſterna bethleem cū
magno periculo perſonarum.
Paralip.xi.⁊.ij.Regum.xxiij
Fidelitatem inter ſe debēt
ſeruare amici tempore tribula
tionis ⁊ alterutrum ſe iuuare
Sic Jonathas indicauit da
uid iram patris ⁊ ipſum quā
tum potuit excuſauit.1.Regū
xix.Dixit dauid ad filiū aby
melech amicū ſuum.Non ti/
meas ⁊ non paueas quicquā
qui queſierunt animā tuā q̄/
rent et meam.1.Regum.xxij.
Cum fugeret dauid Abſolon
dixit et ethay.Viuit dn̄s in
quocunq3 loco fueris ſiue ī vi
ta ſiue in morte ero tecum.ij.
Regum.xv.Rex iſrael dixit re
gi iuda amico ſuo.vbi ego ibi
⁊ tu.⁊ ſicut populus tuus ſic
⁊ populus meus.ij.Paralip.
xviij. Fideles debent eſſe p̄
lati ſubditis.⁊ eos more boni
paſtoris ⁊ nō mercenarij fide
liter defendere.Jdeo fideliter e
git ioiada pontifex cum ioas
filio ioram.vt habetur.iiij.re
gum.xi.Licet ipſe male reco/
gnouit poſtea.ij.Paralip.xxiiij
Onias ſummus pontifex fi
deliter laborauit vt cuſtodiret
depoſitū viduarum ⁊ pauper3
quādo ſimeon voluit templū
dn̄i facere ſpoliari.ij.macha.
iij. Fideles debent eſſe ho/
mines in conſilijs ⁊ fideliter
dare conſiliū indigentibus.
Sic ioſeph fideliter ſe habuit
erga pharaonem in cōſilio qd̄
ei dedit per quod famem eua/
ſit.Gen̄.xliij.Viri dauid de
derunt et fidele conſilium ꝙ
ipſe non exiret cum eis ad pre
lium vt non extinguat lucer/
nam iſrahel.ij.Regū.xxj.Di/
ſcretum et fidele conſiliu3 de/
derunt paulo qui dam de azia
ne ſederet in theatro.Actuu3
xix. Fidelitas ſeruanda eſt
ī promiſſis.vt homo ex pacto
id quod liber promittit obſer/
uet fideliter.ſicut raab fideli/
ter ſe habuit cū exploratorib9
quos ſaluare promiſit.Joſue
ij.Joſue etiam fideliter ſe ha/
buit erga eam ſaluando eam
ſicut exploratores promiſerāt.
Joſue.vi.Quamuis gabaoni/
te feſelliſſent Joſue et populu3

ſitus. tamen Joſue ⁊ populꝰ eiꝰ iuramenta ⁊ pacta facta cum eis fideliter ſeruauerunt con-tra hoſtes eos fideliter defen-dendo. Joſue. ix.

## Capitulū. 50.

De filijs erudiendis
Filij inſtruendi ſunt a parē-tibus
Cū reuerentia deū timere
Summa decētia mala ca-uere.
Cum complacentia mores habere

Filij inſtruendi ſunt et erudien-di. Primo. ⁊ ante omnia dili-gendo deum ⁊ reuerendo qd ſi non faciunt pereūt mala mor-te. Naz quia filius mulieris iſrahelite de viro egiptio fue-rat male iſtructus. ſicut plu-res tales ſpurij proprie bāck hardini mali ſunt qui non be-ne a parentibus inſtruuntur primus blaſphemauit deum qui poſtea fuit a populo de p̄-cepto domini lapidatus. Le-uiti. xxiiij. Precepit dn̄s filijſ iſrahel vt docerent filios ſuos magnalia q̄ fecerat eis vt euz magis honorarent. vt habetur Deuter. x. Solicitus erat iob de filijs ſuis ne forte deū of-fenderent. Ideo pro eis quoti-die ſacrificium offerebat om̄i-bus parentibus in exemplū. Job. x. Mater ſeptem fratrum mirabiliter inſtruebat eos in his que dei erant. ij. Macha. vij. Filij inſtruendi corrigē-di ⁊ increpandi ſunt de vicijs que committunt. Sic Jacob increpabat ioſeph filium ſuū reuelantē ſōnia de ſuperbia ⁊ ambitione per quam videba-tur patri ⁊ matri ⁊ fratribꝰ do-minari. Ge. xxxvij. Arguebat iacob filios ſuos de negligen-tia dicēs. Quare negligitis Gen̄. xlij. Qr heli male corri-puit filios ſuos ipſi ⁊ ipſe gra-uiter ſunt puniti. i. Regū. iiij. Contumax filius ⁊ ſuperbus qui propter patris monita nō dimiſit peccata p̄cipitur a do-mino lapidari. Deutero. xxi. Adonias quia non fuit corre-ptus a patre volēs ſuperbe re-gnare fuit a fratre occiſus. iij. Regum. ij. Filij erudiendi ſunt ⁊ docendi bonos mores ⁊ operari virtutes. Sicut da-uid appropinquans ad mortē

luiſt ĩſtruxit filium ſuum Salo
monē de regimine bono. q̄ re
gnare debebat. i. Para. xxviij
Et. iij. Regū. ij. In tempore de-
bet pater inſtruere filiū bene
agere. Nā thobias docuit fi/
lium ab infantia. Thobie. i. Et
poſtea in iuuentute. Thob. iiij
poſtea in morte. vt habet Tho.
xiiii. Parētes multū dēnt iſtru
ere filias qn̄ matrimonio tra/
duntur vt bene in oībus ſe ha
beāt. Sicut parētes zare mo
nuerūt eam honorare ſocrum
diligere maritū: gubernare do
mū. ⁊ regere familiā. ⁊ ſeipſam
irreprehēſibilē exhibere Thob.
xviij. Qꝛ parentes ſuſāne cū
eſſent iuſti ⁊ erudierūt eā ipſa
noluit ad adulterio cōſentire Da
nie. xiij. Mathatias īſtruxit
filios ſuos dans eis vnū ex
fratribus in ducem. ⁊ aliū in
conſiliatorem oībus nobilibꝫ
in exemplū. i. Macha. ij.

## Capitulū .51.

De fortitudine bona
Fortes ⁊ ſtrenui debēt eſ
ſe viri potentes ad ſuccur/
rendum.
Pure viuentes ad aſſeren-
dum.
Guerras agentes ad con/
ſtringendum
Bella regētes ad acuendū
Preuenientes ad inuadēdū
Se munientes ad reſiſten
dum
Et patientes ad ſuſtinēdū

Talis fuit
fortitudo abrahe q̄
audiens eſſe captū
Loth aſſumptis trecētis ver-
naculis ſuccurrit ei. ⁊ debel/
lauit quatuor reges et libera/
uit Loth. ⁊ reduxit eū cū to-
ta ſua ſubſtantia ⁊ populū ſo
domoꝝ. Gen. xiiij. Saul forti/
ter et viriliter ſuccurrit viris
Jabes. galaad obſeſſis Amo-
aꝫ. ⁊ liberauit eos. vt habetur
i. Regū. xi. Joiada ſtrenue eri
puit regem de manu athalie
ſuccurrēs ioas paruulo eiecto
per eā a regno et ipm̄ in regē
regni perditi coronauit. vt ha
betur. iiij. Regū. xi. ⁊ ij. Para.
xxiij. ¶ Fortē ſtrenuū ⁊ au
dacē reddit hominē puritas
conſcientie ⁊ ad dicendū et a-
gendum ſecure. Sic Jacob tu
mens iurgiū dixit ad laban
Quā ob culpam. Gen. xxxi.
Propter veritatē iacob cū ſe

mur emarcuit luctās cū āge
lo dixit angelus et. Si cōtra
deū fortis fuisti q̄tomagis cō
tra hoīes p̄ualebis. Gen. xxxi.
Moyses puerus ꝛ innocēs au-
dacter ꝛ constanter stetit corā
pharaone arguēs eū. Exodi. v
ꝛ sequētib⁹. Judith quia purā
ꝛ bonā intentiōem habebat cō
tra holofernē magnā strenui
tate fecit. Judit. xij. ꝛ. xiij.
Fortes sunt bellatores in pre
lijs ꝛ viriliter ꝛ strenue bel-
lantes ꝛ maxime iustū bellū.
Sic phinees cū duodeci mi-
libus pugnatoꝝ madianitas
ꝓpter homines ꝛ mulieres q̄
occisi sunt. xxxij. milia virgi-
nū duxit in predaz. nec aliq̄s
de suis est mortuus Numeri
xxxi. Caleph dixit q̄ ita fortis
erat ad bellādū in. lxxxv. ano
sicut fuerat in. xx. qn̄ fuerat ex
plorator. Josue. xiiij. Gedeon
fortissimus in trecentis viris
maximū populū viriliter sup̄
rauit. Dixerat eī et angelus.
Dn̄s tecū viroꝝ fortissime. Ju
di. vi. Et post hoc in illa forti-
tudine liberauit israel. Judicū
viij. Un⁹ formidolosus dissi
pat totū exercitū. Jō dixit ge-
deon. Qui formidolosus est re
uertatur Judi. vij. Sampson
multa fortia superat⁹ est con-
tra philisteos. Judi. xv. ꝛ xvi.
Dauid fortiter supauit leonez
ꝛ vrsum in heremo ꝛ goliath.
i. Regū. xvij. Fortiter licet de
sperate sunt preliati. xij. pueri
ex parte dauid. ꝛ duodecī ex
parte ysboseth. ij. Regū. ij. Vi-
riliter percussit Jehu duos re-
ges ꝛ fratres Ozie ꝛ prophe-
tas ꝛ baal. iiij. Regum nono
Fortem reddunt exercitū
confortationes principum et
ducum exercitus Ideo caleph
et Josue viriliter cōfortauerūt
populum dicentes. Ascenda-
mus ꝛ possideam⁹ terrā. Nu-
me. xiij Moyses dixit ad iosue
Confortare ꝛ esto robustus tu
introduces populum. Deute.
xxxij. Pergens Josue ad bel-
lum contra plures reges erat
in fronte exercitus confortās
alios seq̄ntes regibus ꝛ prin-
cipib⁹ in exemplū. Josue. viij.
Captis quinq̄z regib⁹ dixit.
Josue principib⁹ ponite pedes
sup̄ colla regū ꝛ nolite timere
Josue. x. Ayoth p̄ceps cōfor-
tauit ꝓplm dicēs. Sequimī me
tradidit dn̄s inimicos nr̄os
in manibus nostris. Judi. iij.

Judas machabe⁹ hortabatur milites suos dicēs. Estote fortes in bello. i. Macha. iiij. ⁊ ij Macha. viij. x. ⁊ xi. ¶ Fortis ⁊ audax debet eē vir bellator ad preueniendū. Nā ẜm Tullium. Melius est preuenire q̄ preueniri. Magnū em̄ habet auantagium qui ponit dare primos ictus. Sic superauit Dauid cū viro milite, ad castra saul ⁊ abstulit sceptrū ⁊ cyphū ⁊ hastam eius. i. Regum. xxvi. Jonathas cū solo armigero intrauit in philisteos ⁊ per eum filij israhel victoriā habuerūt vt habetur. i. Regū. xiiij. Tres milites dauid intrauerūt in castra philistinoꝝ ⁊ diuiserūt eos. ij. Re. xxiij. Judas machabeus viriliter transiuit Jordanem ⁊ iruit in hostes suos. i. Macha. v. Eleazar audacter iruit in elephantes ⁊ occidit licet ipse sit postea mortuus. i. Macha. vi. Machabeus ⁊ socij in ore leonum irruentes in hostes occiderunt multitudinem inimicoꝝ ij. macha. xi. ¶ Fortis est nihilominus et strenuus qui strenue ⁊ valenter resistit. licet aliq̄n p̄ueniatur. Ideo filij israel armati recesserunt de terra egypti vt se ab insequentibus tuerentur. Exo. xiij. Filij israhel vna manu edificabant ⁊ aliā tenebant gladiū vt resisterent inimicis. Neemie. iiij. Audientes filij israhel potentiā holofernis viriliter parauerūt se ad resistendum ei. Judith. iiij. Magnā fortitudinem habuit mathatias ad resistendū hostib⁹ iudeoꝝ. i. Macha. ij. ¶ Fortitudo perfectissima est tollerātia aduersarioꝝ. Unde dicit philosophus. ij. Rethori. Fortitudo est considerata periculoꝝ susceptio ⁊ laborū perpessio. tali fortitudine apud deū tollerauerunt fornacē pueri dicentes regi. Deus potest nos eripere de camino ignis. Dan. iij. Stephanus plenus grā ⁊ fortitudine viriliter sustinuit lapides. ⁊ sic de alijs martyribus. Actuum. vij.

## Capitulū. 52.

De fortitudine mulierum
¶ Fortes sūt aliq̄n mulieres.
¶ Ad viroꝝ liberationem
¶ Aduersorum tolleratōem
Ad amorum demonstrationem.

Fortes in-
uente ſunt mulieres
ad ſaluandum viros in ſacra
ſcriptura et aliqñ ſe piculis ex
ponẽtes. Nã Delbora ſic ſua
fortitudine populuz liberauit
cũ iudicaret iſrahel q barach
noluit exercitũ ducere ipa cõ
ſulente niſi ipſa iret cũ eo. Iu-
dicum. iiij. Pariter ſaluauit
Abygail virũ ſuum a morte et
diſſipatõne. i. Regũ. xxv. Ma
gno periculo expoſuit heſter ſe
vt populũ liberaret a lata ſen
tentia. Heſter. vi. Iudith fuit
in magnis periculis vt holo
fernem occideret et populuz li-
beraret. Iudith. xiij. ¶ Fortes
etiã inuente ſunt mulieres ad
ſuſtinendũ aduerſa. Ideo di-
xit Boos ad ruth que erat vi
dua de ſua terra egreſſa. Scit
omnis populus mulierem eſ-
ſe virtutis. Ruth. iij. Graue i
properiũ ſuſtinuit zara filia ra
guelis ab ancilla. nec ei reſpõ
dens. Thobie. iij. Mulier ma-
ter filiorum ſeptem valde fuit
fortiter tormentata ſuſtinẽdo
ſupplicia in filijs et etiã in ſe-
ipſa. ij. Macha. vij. In paſſiõe
filij Maria fuit fortiſſima. q2
ſtans iuxta crucem gladius
paſſionis eius ipſius aĩam p-
tranſiuit ſ'm vaticiniũ ſyme
onis. vt habetur Luc. ij. Iohã.
xix. De ſtatione iuxta crucem
Fortem facit mulierẽ et au-
dacem amor inflãmans. ita vt
calefacta igne amoris nec pa-
ueat quid occurrat. Unde in-
uente ſunt mulieres que ardo
re filiorũ ſuccenſe leonibus q
filios rapuerũt occurriſſe legũ
tur. Sic magna fuit magda
lene fortitudo et audacia que a
more criſti ſuccẽſa in paſſione
aſſuit. iudeos armatos et cru-
deliſſimos non expauit. toci-
ens ad ſepulcrũ veniens val
latum cuſtodibuſq3 recedenti
bus diſcipulis non recedebat
audacter etiã dicebat. Dñe ſi
tu iſtuliſti eũ dicito mihi.
vbi poſuiſti eum. vt habetur
Iohannis. xx.

## Capitulũ. Hz.

De fortitudine mala;
Fortes ſunt homines mali
ad offendendã innocentiã.
Inferendam violentiam
Poſtponendã reuerentiã

Fortes ſũt

mali ad nocendum innocen-
tibus et eis antequã noceãt
ſe multis periculis exponẽtes
qui poſtea fine peſſimo termi-
nãt. ſic fortis fuit cayn qñ in-
ſurrexit in fratrẽ innocentẽ et
occidit eũ. ſ; ipſe poſtea ſimili-
ter eſt occiſus. Gen. iiij Aby-
malech multũ laborauit occi-
dendo. lxx. fratres ſuos inno-
cẽtes. Iu. ix. Multis pıcul' ꝛ la-
boribuſ expoſuit ſe ſaul pſeq̃n-
do dauid. ſed nequitiã ſui ani-
mi nõ perfecit vt dr. i. Regum
xviij Similiter ſaul multos
labores aſſumpſit ꝛ periculis
ſe expoſuit et male ſeruiuit. ij.
Regũ. xx. xxi. ꝛ. xxiij. Pluresq̃
ꝙ quadraginta iudei vouerũt
ſe non comedere donec occide-
rent paulũ innocentẽ. Actuũ
xxiij. ¶ Fortes ſunt mali ad
mouendas guerras et bella ſe
multis periculis exponentes.
Nã multũ laborauerũt illi q̃-
tuor reges q̃ poſt magnã ſtra-
gem hoĩm debellauerũt reges
ſodomoꝝ. ꝛ loth in captiuita-
tem ducebant. Geneſ;. xiiij.
Terras multas perãbulauit
ꝛ deuaſtauit holofernes mul-
ta bella pceruens ꝛ mouens ꝛ
tñ vna mulier decapitauit eu;
antequã compleret deſideriũ ſu-
um. Iudith per totu;. De hac
materia require plura ca. xlij.
¶ Fortes ſunt mali homines
volendo ſe contra deũ erigere
opera diuina minuere. Ido; Je-
roboã multũ laborauit vt poſ-
ſet populu; a domo dauid et a
cultura dei deuiare. iij. Regũ
xij. Antiochus multũ labore;
ſuſtinuit vt cultũ dei deſtru-
eret in iudea. ꝛ tande; depau-
peratus ꝛ confuſus in terra
aliena miſerabiliter eſt defun-
ctus. ij. Mach. ix. Nõ ſolum
prudentiores ſed ꝛ fructiores
ſũt filij huius ſeculi filijs lu-
cis. Luce. xvi. Nã alijs dor-
mientibus diſcipulis iudas
tractans pditõem criſti ſolici-
te vigilabat Mat. xxvi Prin-
cipes ſacerdotu; multa ſolici-
tudine fatigati ſunt vt nomẽ
chriſti poſſent extinguere. na;
cuſtodes ſepulcri corruperunt
pecunia. Mat. vlti. Et diſcipu-
los eius incarcerauerũt. ꝛ pre-
ceperunt ne in nomine Jeſu lo-
querentur. Actuũ. iiij.

## ¶ Capitulũ. 54.

De gratijs agendis deo

¶ Grates ſunt reddende de-

# Ca. 57. gratijs agēdis deo



pro beneficiorum receptōne
gratifica
Periculoꝝ euaſiōe mirifica
Inimicorum eiectione ma/
gnifica.
Pro filiorum adoptione ce
liſtca.
Pro infirmorum ſanatio/
ne deifica
Pro ciborum aſſumptione
pacifica

GRates ſūt
agende et reddende
deo generaliter ꝑ mul
titudine beneficioꝝ que a deo
recepimus. Ideo Iacob pꝰ mul
ta beneficia que a deo abun/
danter receperat ditatus ple/
nus liberis ⁊ omnibus bonis
gratias agebat dn̄o dicēs. Do
mine memor ſum oīm. ⁊c. Ge
ne. xxxij. Audiēs dauid mul/
ta beneficia ſibi ꝓmiſſa grati/
as humil' iter egit. ij. Re. xvij.
Daniel de multis bn̄ficijs q̄
a deo acceperat benedixit do
minū di. Sit nomē dn̄i bn̄di/
ctū. Dan̄. ij. Paulꝰ apl's gra/
tias agebat ꝑ bn̄ficijs ſibi a
deo collatis di. Grās ago deo
meo. i. Coꝝ. i. Itē grās agebat
ꝑ bn̄ficijs fratribꝰ collatis et
oēs hoīes ad agēdas grās in/
ducebat di. Semꝑ gaudete ſi
ne itermiſſiōe orate. ī oībꝰ gra/
tias agite Epheſi. v. ⁊. i. Theſ
ſa. v. Gratie reddēde ſūt deo
ſingulariter ꝑ liberatōe ⁊ eua
ſiōe ꝑiculoꝝ ⁊ tribulationū. iō
voluit dn̄s vt tribulatō filioꝝ
filioꝝ iſrl' d ſeruitute pharaōis
nūq̄ recederet ab coꝝ mēoria
di. Erit q̄ſi signū ī manu tua
Exo. xiij. Poſtq̄ filij iſrl' l. be/
rati ſūt trāſito mari rubro de
ꝑert. Cātemꝰ dn̄o gl'oſe. Exo.
xv. Tres pueri bn̄dicebāt deū
d igne īcēdio liberati. Dan̄. iij
Scripſerūt iudei ⁊ ꝓpl's ariſto/
bolo de magnis ꝑicul' liberati
ij. Mach. i. Gratie reddēde
ſūt deo ꝑ triūphis ⁊ victorijs
inimicoꝝ q̄ diuina bōitate obti/
nuerūt. Iō pꝰ mirabilē victori
am habitā a filijs iſrl' obtule/
rūt dn̄o dona Nu. xxxi. Sile
pꝰ victoriā d ſizara barath et
delbora dn̄o grāe cecinerūt. Iu
di. iiij. Ꝑ ita victoria ⁊ mū da/
to tēplo ꝑ iudā machabeū bn̄/
dixerūt ī celū. i. Mach. iiij. De
victo ⁊ debellato thimotheo ſile
ꝑ iudā ī ymnis ⁊ ꝯfeſſiōibꝰ bn̄
dicebāt. ij. mach. x. Grē referē
de ſūt deo ꝑ ipetratōne ſue ret

demptione filioꝝ bonoꝝ. Sic
laudauit dñm Anna pro gra
tia quã accepit ablato ſterilita
tis obprobrio .i. Reg. ij. Pro ſa-
lomõe dr. Bñdictus dñs qui
dedit dauid filium ſapientiſ-
ſimũ. iij. Regũ. v. Poſt conce-
ptionẽ filij dei in ſe beata ma
ria virgo laudauit dñm dicẽs
Magnificat anima mea do-
minũ. ⁊ exultauit ſpũs me. ⁊c.
Luc. i. Nato iohanne zachari
as laudauit dñm dicẽs. Be-
nedictus dominus deus iſ-
rael. ⁊c. Luce. i. Gratias de
bet homo agere pro ſanitate a
deo recepta. vel in ſe vel ĩ alio
Nã cũ thobias recuperaſſet
viſum ipſe ⁊ uxor eius et nati
glorificabant deũ. Thobie. xi.
Turbe videntes paraliticum
curatum a dño glorificabant
dñm qui dedit talem poteſta
tem ⁊c. Mat. ix. Marci. ij. Pro
vitã ⁊ ſalutem adoleſcẽti tra
ditam accepit omnes timor ⁊
glorificabant deum Luce. vij.
Unus de decem leproſis cu
ratus reuerſus eſt cuꝫ magna
voce magnificans dñm. Lu-
ce. xvij. Claudus ſanat⁹ a Pe
tro ſurrexit ⁊ ambulans ⁊ ex
ſiliens laudans deũ. Actu. iij

Gratias referre debent ho
mines deo pro victualibus q̃
dñs conceſſit eis ad ſuſtinen-
dã vitam corporalem. Sicut re
ligioſi faciunt exempl' criſti et
oĩm apoſtoloꝝ. Unde Criſoſto.
Gratiarũactio ad plus dan-
di eſt inuitatio. Et Gregori.
Nõ eſt dignus dandis q̃ nõ
agit deo grates de datis. De
bemus aũt deũ laudare ante
aſſumptiõeꝫ cibi qui parat no
bis eſcas. ⁊ omni carni apertẽs
manũ ſuam. ⁊ implens omne
animal benedictõe. Sic fecit
criſt⁹ an multiplicatõeꝫ panũ
qñ voluit turbã paſcere in de
ſerto. qui ſuſpexit in celũ gra-
tias agens. Mat. xiiij. Poſt
cenã etiã laudare debem⁹ de-
um et gratias referre q̃ nos ſa
tiauit ⁊ pauit Exemplo criſti
⁊ apoſtoloꝝ q̃ poſt cenam dixe
runt ymnũ anteq̃ exirent in
montem. Mat. xxvi. In prepa-
ratione ſpiritualis ⁊ angelici
cibi. ſcꝫ eucharistie ⁊ in ei⁹ cõ-
ſecratione ⁊ cõmunione agen-
de ſunt deo magne gratie. Ex
emplo criſti qui accepit paneꝫ
inſtans et venerabiles man⁹
ſuas ⁊ gratias agens benedi-
xit. Mat. xxvi.

## Capitulū. 55.

De gratitudine ſeruanda homini

Gratus debet eſſe homo li-
berantibus operoſe

Dona dantibus generoſe

Declarantibus ſertioſe

Amicantibus gratioſe

Laborantibus virtuoſe

GRatus dē-
bet eſſe homo et q̄ eū
de aliquo pīculo liberauit. vel
in aliqua tribulatiōe iuuit. ſic
gratus fuit abrae rex ſodomo
rū qui liberauit eum ⁊ populū
ſuū de preda quatuor regū of-
ferens et oīa ſpolia. ſed ille libe-
ralis nihil voluit recipe. Ge-
ne. xiiij. Qr moyſes liberauit
filios Jetro ſacerdotis fuit ei
gratus. Exo. ij. Bene remūe-
rauit Joſue raab que liberaue-
rat exploratores ab hoſtibus.
Joſue vi. Cū gedeon liberaſſet
populū. grates populus dixit
Dn̄are tu nobis. Judicū. viij.
Thobias grat⁹ fuit raphaeli q̄
liberauerat eū a cecitate vxorē
a demonio. ⁊ filiū a deuorati-
one piſcis offerēs ei multa. qr
hoīem credebat eū eſſe. Thob.
xij. Naamā liberatus a lepra
multa dona obtulit heliſeo. li-
cet ipſe renueret. iiij. Reg. v.
Gratus debet eſſe hō laborā-
ti ⁊ fatigato ī eius ſeruicio et
retribuendo vt decet. Jō abra-
am oblata a rege ſodomoꝝ. lic;
p ſe tanq̄ liberalis reſpuerat.
voluit tn̄ vt ſocij partem pre-
de haberēt. q̄ ſecū p eo fatiga-
ti fuerāt. Gen. xiiij. Dixit la-
ban ad iacob. Nā qr frater me
us es ſeruies mihi gratis. Ge
ne. xxix. Regratiat⁹ eſt dauid
ſeruis ⁊ viris iabes q̄ labora-
uerāt ad ſepeliēdum ſaul dī.
Bn̄dicti vos a dn̄o q̄ feciſtis
miſericordiā hāc cū dn̄o vr̄o
ſaul ⁊ ſepeliſtis eū. ij. Regū. ij
Helyas aſcenſurus in paradi
ſum remunerauit heliſeū qui
ſeruierat ei. iiij. Reg. ij. Gra-
tus debet hō eſſe illis a quib⁹
recepit dona vel bona. cui ſem
per obligat⁹ eſt ſi nō retribuit
Jō laban vidēs tocalia q̄ ſeru⁹
abrae dederat rebecce ſorori ſue
dixit ei. Jngredere bn̄dicte do
mine cur foris ſtas. ⁊ prepara
uit ei conuiuium. Gen. xxiiij
Quia regina ſaba multa de-
derat ſalomoni. retribuit ei ſa
lomon ſicut gratus. iij. Re. x.

Helyas propter beneficia recepta a vidua eius filiū a morte ſuſcitauit. iij. Regum. xvij. Heliſeus bn̄ remūerauit mulierē ſunamitē apud quā trāſire ⁊ habitare conſueuerat impetrans ei filiū ⁊ ſuſcitās. iiij Regū. iiij. Plene recognoſcebat paulus collata bn̄ficia dicens. Sicut angelum dei recepiſtis me. Gala. iiij Grati debent eſſe homines multū inſtructorib⁹ ⁊ doctoribus Qr vt cōmentator ait. Patribus ⁊ doctorib⁹ non poſſum⁹ reddere equalēs nec poſſum⁹ eſſe nimis grati. Sic pharaō multū fuit gratus ioſeph qui eū viſionē ⁊ interpretatōez docuit. ⁊ in agendis conſuluit. quē pharao magnifice ſublimauit. Gen̄. xli. Nabuchodonoſor ⁊ balthaſar bene retribuit danieli pro eruditōne eoꝝ ⁊ interpretatione viſionū ⁊ ſomniorū. Dan̄. ij. ⁊ v Gratus debet eſſe hō amicis ⁊ heredibus eoꝝ. Jō qr cyneus amicus fuerat ⁊ bene ſe habuerat de filijs iſrahel pepercerat ei ſaul. i. Regum. xv. Dixit dauid ad abymelech cuius pater fuerat mortuus pro eo mane mecum qui queſieris animā tuā queret meā. i. Regū. xxij. Retribuit dauid gratia miſiboſeth pro gratia ⁊ amicitia patris. vt dr ij. Regum. ix.

## Capitulū. 56.

De gula et ebrietate

Gule viciū ſolet inducere temptationes

Veneris adducere pollutiones

Mentis inducere cecatōes

Juris deducere ſubuerſiōes

Cordis pducere duriciōes:

Necis deducere occaſiōes

Gule viciū in temptatōe obtinet primū locū. Naz qr comedere ⁊ bibere ſunt de neceſſitate nature. diabolus ibi laqueū tēptationis abſcondit vbi neceſſitatē eſſe oſtendit. Sic enī primo de vicio gule primū hominē in paradiſo temptauit. imo ⁊ vicit. Gen̄. iij. Prima tēptatio filioꝝ iſrahel fuit de potu. ſecunda de cibo. Exod. xvi ⁊ xvij. Volens dyabolus ſaluatorē experiri. prius ipſum de gula q̄ de alio vicio temptauit vel temptare preſumpſit.

Matthei. iiij. ¶ Gule vicium
incendit et luxuriã nutrit. Jõ
venter ⁊ genitalia ſunt propi/
qua. Ideo venter mero eſtuãs
de facili ſpumat in libidines
Hic eſt ꝙ loth qui in ſodomis
bonus fuit. inebriatus cũ pro
prijs filiabus peccauit ⁊ du/
plicẽ inceſtũ comiſit. Geñ. xix.
In cuius figura dictum eſt.
Spũs immũdus. i. luxuria
habitat in ſepulcris. i. in hoi/
bus guloſis. Iuxta illud pſal.
Sepulcrũ patens eſt guttur
eoꝝ. Et demones petierunt in
porcos intrare. i. temptatione
luxurie in guloſos. Luce. viij.
Mar. v. ¶ Gule viciũ hoiem
infatuat ⁊ dementat. ita vt ſe
ipm̃ et quicquid facere debeat
non cognoſcat. Nam noe qui
erat vir perfectus. inebriatus
ſic dementatus eſt vt poſtpo/
ſita omĩ verecũdia denudat⁹
iaceret. Geñ. ix. Satis ſtult⁹
⁊ demens factus eſt eſau. qui
propter lentis edulium vendi
dit primogenita fratri ſuo. vt
habetur Geneſis. xxv. In que
ſtione trium ſapientium. in for
titudine dixit vnus. Vinum
preualet omnibus qui bibũt
illud. preualet. i. mutãdo de ſa
piente in ſtultũ. iij. Eſdre. iij.
In Iſaya dicitur. Abſorpti ſũt
a vino. ſcilicet propter ebrieta/
tem. vt dicitur Iſaye. xxviij.
¶ Gule vicium deordinat ho
minem in omnibus. ſcilicet i
ludis. in verbis ſeu actibus.
⁊ in oĩbus operibus malis
Ideo ſedit populus manduca
re ⁊ bibere. ⁊ ſurrexerunt lude
re. Exo. xxxij. In epulis homi
nes fiunt loquaciores ⁊ inor/
dinate audaciores. Ideo ſiche/
mite ĩter epulas ⁊ pocula ma/
ledicebant Abymelech. Iudi/
cum. ix. De inordinato popu/
lo dicitur. Comederunt et ſa/
turati ⁊ impinguati ſunt et p
uocauerunt te. ſcilicet propter
inordinationes ſuas. Neemi.
ix. De inordinatione guloſo/
rum dicitur. Vocauit deus
ad fletum et ad planctum. Et
ecce gaudium et leticia. occi/
dere vitulos. iugulare arietes
bibere vinum et comedere car
nes. Comedamus et bibemus
cras enim moriemur. Iſaye vi
ceſimo ſecundo. Propter inor/
dinationes filiorum ſuorum
Job in comeſſationibus et in
epulis offerebat quotidie ſan/
ctus Job holocauſta. Job. i. ca.

Propter inordinata verba ī e/
pulis dicta diues epulo cru/
ciabatur in lingua. Luce. xvi
¶ Gule viciū ꝛ ſi deteſtabi/
le eſt in omnibus hoībus. in cle
ricis tñ ꝛ religioſis eſt magis
deteſtandū. Ideo dixit, Domi
nus ad Aaron. Vinū et omē
quod inebriat nō bibetis tu ꝛ
filij tui qñ intrabitis taber/
naculuz. Leuiti. x. Nume. vi.
Filij hely ſacerdotis qui in ta
bernaculo ſeruiebant nolebāt
accipere carnes coctas ī ſacri
ficijs. ſed crudas. vt latiꝰ ſue
cupiditati prepararent. i. Reg. ij.
Religioſi ꝛ clerici qui habent
circa diuina obſequia ſedule de
ſeruire attendāt ad diſcipl'os
qui poſt cenā iacēt ꝛ oculi eoꝛ
erant grauati a ſomno. et non
poſſent cum dño vna hora in
oratione ſolummodo vigilare.
Mat. xxvi. ¶ Gule viciū mlˀ
toties cauſa vel occaſio ē mor
tis. Nā iuxta ſapientis ſentē
tia. Per crapulā multi perierūt
Unde philiſteis epulantibus
ꝛ letantibꝰ domus cecidit ſu/
per eos. Judi. xvi. Amon in cō
uiuio temulentus fuit ab ab
ſolone occiſus. ij. Regum. xiij.
Comedit Jonathas modicuz
mellis contra preceptum pa/
tris. et fuit condemnatus ad
mortem. ſed populus ipſum li
berauit. i. Regū. xiiij. Benadab
rex ſyrie temulentus per prin/
cipes prouinciaruz pueros ad
mortem fugatus. iij. Regū. xx.
Filijs Job veſcentibus ꝛ bibē
tibus vinum domus cecidit
ſuper eos ꝛ oppreſſit eos. Job. i.
Propter ebrietatem Holofer/
nis Judith habuit oportunita
tem ad eum occidendum. Ju/
dith. xij. Reuerſus Amon eſt
a conuiuio letus. et ſtatim ſu
it cum duabus filiabus ꝛ cū
decem filijs occiſus. Heſter. xv
Fecit Ptolomeus conuiuiuz
ſymoni ꝛ eum cum duobus
filijs interfecit. i. Machabeo.
xvi. In conuiuio natalis He
rodis regis fuit innocens ſan
ctus Johannes baptiſta pro/
pter veritatē miſerrime decol/
latus. vt habetur Marci. vi.
Matthei. xiiij.

## Capitulū. 57.

¶ De homicidio et occaſio/
ne.

Homicidia cōmittūtur ab
inuidentiū iniquitate
¶ A. defendentiū nobilitate.

A ſuperbiētiū ſublimitate.
A laſciuiētiū carnalitate
A decipientiū ſeueritate
Ex retinentium vix equi-
tate
Sed delinquētium penā
penſate

Homicidi-
um procedit aliqn̄ ex i-
uidia. q2 videt aliquiſ illū cui
inuidet proſperari occidit eū
ne pſperetur amplius. Sicut
Cayn motus inuidia fratrem
ſuū occidit. Gene.iiij. Tanta
erat affectio ſaul ad occidēdū
dauid propter inuidiam quā
habebat ei ꝙ ipm nō valens
occidere occidit abymelech. q2
confortauerat dauid. ⁊ occidit
ſimiliter alios ſacerdotes cum
mulieribus et paruulis eorū-
dem. i. Regum. xxij. Iudei occi-
derunt ſaluatorem ſolū pꝛopter i-
uidia. ſciebat em̄ Pilatus ꝙ
ſolum propter inuidiam trade-
rent eū. Mat. xxvij. Homi-
cidiū fit aliqn̄ propter defen-
ſionē ſuam vel aliorꝝ. ſic moy-
ſes occidit egiptium calum-
niantē hebreū. vt defenderet
fratrem ſuū. Exo. ij. Aliqn̄ oc-
cidit homo aliquē propter de-
fenſionē patrie vel gentis ſue
Sic dauid occidit golyam p-
pter defenſionem populi ſui iſ
rahel cui iſte plurimū inſulta-
bat. vt habetur. i. Regū. xvij.
Occidit abner aſahel pſequē-
tem ſe ad occidendum. nec vo-
lentē a perſecutione deſiſtere.
ij. Regum. ij. Homicidia a-
liqn̄ cōmittuntur ꝓpter ſuper-
biam ⁊ ambitōem dominij. ſi-
cut Abymelech occidit ſepttu-
aginta fratres ſuos. vt ipe ſo-
lus dominiū obtineret. Iudi.
ix. Zambri occidit Elam do-
minū ſuū temulentum. vt re-
gnaret poſt eum. iij. Reg. xvi.
Athalia tanta libidine exar-
ſit dominādi ꝙ omne ſemē re-
gium interfecit. iiij. Regū. xi.
Sellus cogitauit cōtra zach-
ariam dn̄m ſuum ⁊ interfecit
eum. vt regnaret poſt eum. iiij.
Regū. xv. Ptolimeus occidi
fecit alexandrū regem vt re-
gnum quod deſiderauerat poſ
ſideret. i. Machabe. xi. Ho-
micidia fiunt ſepe propter lu-
xuriam. ꝓpter quā cauſam tā
in ſacra ſcriptura ꝙ̄ in ātiquo
rum geſtis multi leguntur oc-
ciſi. Nam ꝓpter luxuriā ſichē
defloraus dynam filiā iacob

ipſe cū patre ⁊ populo ab ipis
dyne fratrib⁹ eſt occiſus. Gen̄.
xxxiiij. Occaſione vxoris Le-
uite mercedarie vxoris depꝛa̅te
libidine occiſa eſt maxima mul-
titudo. Judi. xx. Dauid vt li-
berius cū berſabee vacaret li-
bidini fidelem militem occidi
fecit. ij. Regū. xi. Amon ꝓpter
libidinē quā exercuit in Tha-
mar ab abſolone in conuiuio
eſt occiſus. ij. Regū. xiij. Ado-
nias quia vxorem patris pe-
tijt in vxorem. fuit ſalomonis
ſnīa occiſus. iij. Regum. ij.
Homicidia multa exercent ꝓ-
ditores ⁊ proditorie. ſicut Joab
miſſis nuncijs vt abner redi-
ret pacifice ad Dauid cum ſeq̄-
retur et percuſſit in inguinem
⁊ occidit eum. ij. Regū. iij. Itē
ioab tenens mentū amaſe ſa-
lutans eū ⁊ quaſi ſoeſtderans
eum oſculari percuſſit eū la-
tenter ⁊ proditorie occidit. ij. re
gum. xx. Occidit triphon Jo-
nathan ⁊ duos filios ei⁹. cū
recepiſſet pro liberatione ei⁹ du-
populo q̄ peccauerat exorauit.
Exo. xxxij. Samuel dicebat
ad populum. Abſit a me hoc
peccatū vt ceſſem orare pro vo
bis. i. Reg. xij. Videns autē
dauid angelum ꝑcutientem
populū rogauit vt punitio re
uerteretur in eū. ij. Reg. xxiiij
Orans prelatus inducit po
pulū ad orandū. Nā orante
eſdra. fleuit omnis populus et
orauit. i. Eſdre ix. et. x. De hac

materia q̄re plura de oratione
capl'o. xciij. ¶ Prelatus bo
nus debet diſtribuere benefi
cia que tradere debēt nō reſpe
ctu carnis et ſanguiīs. ſꝫ reſpe
ctu meriti et virtutis. Exem
plo moyſi q̄ diſtribuens ꝑlau
ſtra leuitis nullum dedit cō
ſanguineis. Numeri. vij. Mo
riendo moyſes nullum de cō
ſanguineis vicariū dereliquit.
Sed rogauit deū fideliter et
deuote vt de bono duce popu
lo fideliter prouideret. Numeri
xxvij. Saluator noſter nul
lum de conſanguineis quos
habebat apoſtolos hūano ge
neri vicariū reliquit. Sed pe
trum ſolūmodo qui nō de ele
ctione de practica nō de rheto
rica de facto nō de iure dicēs
Symon petre diligis me pl'ꝰ
his. Et tunc eū paſtorē ad pa
ſcēdū ꝑpl'm dereliquit Joh. xxi.

# Capitulū. IIO.

De prelatis ⁊ principibus
malis.

¶ Prelati mali ſūt cōſentien
tes in ſubditoꝝ errores nō
corrigendo.

Impedientes operatoꝝ erro
res in ſeducendo.

# Capitulum .lio.

Nõ attendentes excuſato
rũ dolores ore fremendo.
Et deſtruẽtes inferioꝝ labo
res ſua conuertendo
Simoniã ſequẽtes ꝓ dicta
toꝝ tenores vitã ſpernendo
Diſtribuẽtes cõcedendo vn
honores lucra volendo
Nã ſuſtinentes ſunt toꝝ
torum horrores puniendo.

PRelati et p̄cipue mali ſunt illi q̄ conſentiũt malis opibus ⁊ ꝑpetratis nõ corrigendo. ſed eoꝝ peruerſe voluntati ⁊ operationi prebendo conſenſum. Talis fuit tunc aaron qñ ad populi volũtatẽ fecit vitulũ aureum quẽ populus adorauit. Ideo dixit moyſes Quid fecit tibi populꝰ iſte vt induceres ſup eũ peccatũ. Exodi. xxxij. Hely dicitur cõſenſiſſe filioꝝ peccatis. quia eos nõ corripuit vt debuit. et tñ legit᷑ ꝙ eos corripuit ſolo verbo. vt habetur. i. Regũ. ij. Malus princeps extitit ſedechias q̄ miſit Ieremiã principibꝰ occidẽdũ. Ieremie. xxxviij. Sciebat pilatus ꝙ iudei ꝓpter inuidiam tradidiſſent Ieſum et tñ eis ꝓpter populi fauorem conſenſit. ⁊ ipſum crucifigendũ tradidit. Iohan. xix. Prelati mali bona nolẽtes agere nitũtur ad peccatũ inducere. ſic roboam q̄ fecit vitulos aureos ⁊ eos fecit populũ adorare. iij. Regũ. xij. Manaſſes eduxit iudã ⁊ habitatores ieruſalẽ ad operandũ mala. ideo particeps fuit omniũ maloꝝ q̄ fecerũt. ij. paralip. xxxiij. Mali fuerunt prelati principes ſacerdotum qui cecũ a natiuitate a deo liberatũ ab eius laudibus volebant retrahere. et eius ſequelã ſimiliter impedire. Iohan. ix. Similiter principes ſacerdotum impediebãt petrum ⁊ Iohannẽ ne verbum predicationibꝰ ſeminarẽt in populo mãdantes eis ne in noĩe dñi loquerentur. Act. iiij. Similr apoſtolis omibꝰ poſtq̄ aſcenſionẽ et incarcerationẽ impedimentũ his tribuerunt. Act. v. Prelati mali excuſatiões ſubditorum qui nõ ſunt culpabiles audire ſed eis aſpere ⁊ peruerſe ore fremẽtes loquunt᷑ minas terribiles inferẽtes. Ideo ſepe faciunt ſubditos eſſe rebelles Talis fuit hieroboã qui vocẽ excuſantis et lamentãtis po-

pulſi audire noluit, iō fecit eos ab eiꝰ dn̄o debellari. iij. Re. xij.

Magiſtratus ſine acceptione excuſationis paulū et ſylam furioſe fecerūt carcerari Actuū. xvi. Ad primum verbuz pauli princeps ſacerdotum fecit eū aciter verberari Actu. xxiij. Felix et feſtus preſides et prelati excuſationez pauli noluerunt recipere. propter qđ paulus ad ceſarem appellauit Actuū. xxv. ¶ Prelati mali bona ſubditorum rapiunt et furantur et deſtruuntur non proximorū ſalutem. ſed ſuam propriā vtilitatem querentes. De talibus dicitur Omēs diligunt munera ꝛ infideles ſocij furum. Eſaie. i. De nabuchodonoſor principe dicit terram totam diſperdidiſti. et populum occidiſti. Eſaie. xiiij. Per ezechielem dicitur malis prophetis. prelatis et principibus. Qui non paſcunt gregem ſibi cōmiſſum. ſed deuorant lac comedebatis et lana operiebamini. Ezechielis. xxxiiij. ¶ Prelati etiam mali beneficia ꝛ dignitates ſibi ſimilibus tribuūt. non attendentes ad merita vel ad virtutes et hec propter pecuniā vel propter alia lucra. Talis fuit demetrius qui ſummū ſacerdotem conſtituit alimachimum. primo Macha. vij. Bachides ſimiliter elegit duos alios viros impios. et conſtituit eos dominos. i. Machabeo. ix. Jaſon qui ſummū ſacerdotiū emit ab antiocho fecit ritum gentiū. et ideo ſymonia hereſis nuncupatur. ij. Macha. iiij. De hac materia quere plura exempla ſupra de acceptiōe munerū. capitulo. ij. Itez alia exempla de auaricia ca. xvij.

¶ Prelati et principes mali habendi ſunt in reuerentia et eis deferendus eſt honor. ratione prelationis non ratione vite et tenenda eſt eorum bona doctrina. licet ſit coruz vita ſpernenda. Nam dauid percuſſit cor ſuum. quia preciderat oram clamidis ſaul nec et fecerat quicq̄ mali. primo Regum. xxiiij. capitulo. Eorum vita peſſima non ſequenda ſed nō ſpernenda verba docet nos chriſtus cū ait: Super cathedram moyſi ſederūt ſcribe ꝛ phariſei oīa q̄ vobis dixerint facite. ſequuntur

Opera aūt illoꝝ nolite facere Math.xxiii. Prelati ꝛ prin cipes mali grauiter a dño pu niuntur etiā in pñti. precepit deus moysi suspendere oēs principes contra solem.qꝛ con senserāt populo in peccātis. Nu meri.xxv. Quia saul fuerat malus princeps pmisit dñs qꝫ totū pondꝰ belli irrueret su per eum.i.Reg.xxxiii. Rex sy rie dixit seruis suis ꝙ solum cōtra regē israel pugnaret.qm erat malus vnde ꝗdā eū int pulmonē et stomachū suū sa gittauit et miserrime occidit. iii.Reg.xxii. Sobna prepo situs templi ꝗ diu credebat vi uere et gaudere audiuit a dño Quid tu hic ⁊c̄.sequitur.expel lam te de statione tua. vt ha betur Esaie.xxii. Illi etiā ma li et luxuriosi pr̄sbyteri ꝗ cōtra susannā innocētē tulerūt sen tentiā diuino iudicio fuerūt a dño lapidati. Danielis.xiii Non solum p̄latos et princi pes punit de⁊sed aliquādo fla gellat populū ꝓpter malū prī cipem ꝛ prelatū. Nam qꝛ da uid contra voluntatē domini populū numerauit grauí pla ga ꝑplē percussus ē.ii.Re.xxiiii

# Capitulū. iii.

De proditione ꝛ proditoribꝰ.

Proditor in sua ꝓditione:
Benefacientibꝰ nescit ami
Carne attinen/ (cari
cibus querit aduersari.)
Signis fraudulentibꝰ cre
dit occultari.
Ambit et potentibus cre/
dit dominari.
Pacem ꝗ credentibus vult
insidiari.
Penis se torquentibus de
let mancipari.

Proditores non parcunt suis be nefactoribꝰ.nec eis recta ami cicia coniungūtur inuidia vel aliquo vicio stimulati. Nam patienciā saulꝭ vexationē a demone. Dauid ꝗ eū liberaue rat de obprobrio goliath ꝑhi listei psalleret corā eo vt demo nis vexationē minueret saul visus est eū lancea ꝑforare. i. Reg.xviii. Salutauit dauid habitatores ceile.et tñ ipsi ꝓ ditores saulꝭ inimici sūt eū ad mortē tradere voluerūt. i. Reg xxiii. Multum fideliter facie bat vrias bella, ꝛ relationem

belli in cõſpectu dauid. et tñ
fecit eum portare litteras mor
tis ſue. ij. Reg. xi. ¶ Prodito
res cõuerſatõibus prauis ad
uerſant cõſanguineis ⁊ carne
vnitis. Nam cayn egit cõtra
frēm prodictoſe in agro quem
poſtea ꝑ inuidiā interfecit. Ge
neſis. iiij. Licet diuina diſpē
ſatione ſit factū Jacob ꝑ bene
dictione paterna. eſau pditens
ſubplantauit. Geñ. xxvij.
Amon vocauit thamar ſororē
ſuā q̃ſi accepturꝰ cibū d māu
eius quā poſtea violenter op
preſſit. Jdeo mulieres non de
bent verbis fallacibꝰ homini
credere q̃cunq3 cõſanguitate
iungātur ne decipiant. ij. Re.
xiij. Abſolon frēz ſuū pdicio
ſe ad conuiuiū inuitauit quē
poſtea temulentū de eius pre
cepto pueri neſter et pdictoſe
occiderūt. ij. Reg. xiij. ¶ Pro
ditores ſignis fallacibꝰ ſuas
pditiones palliare nituntur.
Aliq̃n falſis pmiſſionibꝰ. ali
quando fraudulentibꝰ oſculis
Aliq̃n falſis et ſimulatis la
crimis. Nam ſaul pmiſit da
uid filiā ſuā vt a philiſteis
occideretur. vt pꝫ. i. Reg. xviij
Promiſit ſaul ionathe ꝙ am
plius nō pſeq̄retur dauid quē
poſtea corā ſe ſtatim interfice
re conabatur. i. Reg. xix. Pallia
tur aliq̃ndo pditio lacrimis.
Nam poſtq̄ ſaul fleret quaſi
doleret ꝑ pſecutiōe dauid. et
iurauit eū nō pſequi amplꝰ
pſecutus ē eū poſtea ſicut pri
us. vt pꝫ. i. Reg. xxiiij.
Vxor ſamſonis ⁊ dalida fun
debāt multas lacrimas apd
eum. et ambe eū poſtea decepe
runt. Judicū. xvi. Salutatio
ne et oſculis ⁊ verbis ꝑtendē
tibus aliquando ſuas nequi
tias palliunt deceptores ⁊ p
ditores. Nam cum ſalutaſſet
ioab amaſa. et q̃ſi oſculare vo
lens apprehenderet mentum
eius et diceret. Aue frater cuꝫ
percuſſit gladio in inguine ⁊ oc
cidit. ij. Reg. xx. Jſta nephāda
pditio ſalutatoris quaꝫ iudas
peſſimus p. xxx. denarijs perpe
trauit fuit ſalutatiōe pmiſſa
et fraudulēti oſculo palliata.
Mathei. xxvi. Judei paulo pa
rauerant inſidias. et tamē ali
ud pretēdebant. Actuū. xxiij.
¶ Proditores ꝓpter ambitio
nem dominij pditiōes exercēt
cupientes ex hoc alijs domi
nari. Sic zambri ꝓpt appetitū

domini helam suū dn̄m in
terfecit.iiij.Reg.xvi.Sellum
fili⁹ iabes concitauit azariam
dn̄m suū et interfecit eū.et re-
gnauit post eū tātūmodo vno
mēse.iiij.Re.xv.Cū sennache
rib in domo dn̄i sui adoraret.
duo eius filij cū ꝓpter ambi-
tionē dominij occiderūt.sicet
neuter eoꝝ regnauerit vt cre-
debāt.iiij.Re.xix.Triphon cū
ambularet cū antiocho dn̄o
suo eū dolose ⁊ ꝓditiose occi-
dit.et quod ille habuerat sibi
vsurpauit.i.Machabeoꝝ.xij.
Proditores sub nōie pacis
alios decipiūt ⁊ occidūt Sic
quidā inimici neemie secū vo
luerunt amiciciā facere vt eū
ꝓditiose fraudarent.Neemie
vi.Jsmael fili⁹ nathanie ⁊ alij
cum eo cū godolia in signū
pacis et amicicie comederūt et
post prandiū eum cū multis
alijs occiderūt.Ieremie.xli.
Anthioch⁹ pacē simulans pa
cem ꝑmisit.⁊ muros hierusa
lem postea dissipauit.i.mach.
vi.Pacifice fuit princeps tri
butoꝝ locutus q̄ perdidit po
stea ciuitatē.i.Macha.i.Tri-
phon sub nōie pacis Jona-
than cōphendit quā ꝓditorie
cū filijs suis interfecit.i.mach
xij.et.xiij.Apollonius in hie
rusalem simulās pacē venit
et vsq3 ad diē sabbati requieuit
sed postea a iudeis festantib⁹
maximā multitudinē interfe
cit.ij.Macha.v.Proditores
statim et grauiter puniū-
tur a deo:et sunt inter alia ge
nera pctōꝝ grauiter ab oīb⁹ ho
minib⁹ punitēdi.sicut fuit pu
nitus zambri qui post prodi-
tionē regnauit tātūmō septē
diebus.et postea incēdio se per
emit.iij.Regū.xvi.Sic tradi-
tores asueri q̄ cōtra eū voluerūt
insurgere in patibulo sunt su
spēsi.Hester.ij.Judas macha
beus illos q̄ ꝓ pecuniā inimi-
cos ꝑmiserūt recedere tanq̄m
ꝓditores fratꝝ venditores oc
cidit.ij.Mach.x.Judas qui
xp̄m tradidit p⁹ modicū abiēs
laqueo se suspēdit.math.xxvi

## Capitulū. 112.

De ꝓsperitate mūdana.
Prosperitas mundana:
Est in delicijs causa de li
ctorū male terminabilis
Est in diuitijs laque⁹ stul
toꝝ vltio dānabilis.
Tenēs in vicijs dignitas

honoꝝ parū ꝑdurabilis.

¶ Gaudet leticijs leuit triumphorum breui mora labilis.

¶ Sed in amaricijs globus dat multoꝝ dū aſperatur ſtabilis ꝛc.

PRoſperitas mundana q̄ eſt in delicijs corpis cauſa eſt multoꝝ pctōꝝ carnaliū ꝛ male terminatur. Exēplū i ſodomitis culpa. quoꝝ fuit cauſa abūdātia panis ꝛ ocij. ꝓpter ꝙ nephanda ſcelera cōmiſerūt Gen. xix Ezech. xvi. Filij iambri facientib⁹ nuptias venerūt iudei cū Jonatha multitudinē occidētes et cōuerſe ſunt nuptie in lamentū. ꝛ ſonit⁹ muſicoꝝ in luctum. et gaudiū in merorē. i. mach. ix. Filijs ꝛ filiab⁹ iob veſcētib⁹ vinū in domo primogeniti fr̄is. dom⁹ ſup eos cecidit opprimēs ſingulos et occidēs. Job. i. Finis deliciaꝝ eſt mors ꝛ odiū dei. ſicut Neemias dicebat ep̄pſſe māducauerunt et ſaturati ſunt abūdauerūt delicijs et ad iracūdiā prouocantes. Neemie. ix. Ille epulo q̄ epulabatur quotidie ſplendide in breui portatus ē ad īferos, torq̄batur ī lingua. Lu. xvi. Proſpitas mūdana q̄ eſt ī diuitijs hoīem infatuat et ad dānatōem eternā inducit. Nā argentū tpe ſalomonis nō erat alicui⁹ valoris quia tanta erat in hieruſalē copia argenti q̄nta et lapidū. Vn̄ Ecci. xlvij. Collegiſti q̄ſi auricalcū aurū ꝛ vt plūbū compleſti argētū. ſ₃ paul⁹ nocuit ſalomōi tāta reꝝ abūdātia ꝙ tāta ſapientia ꝓfuiſſet. iij. Reg. xi. Abundantiā rerū temporaliū deſpiciendā oſtendit exemplum. ꝙ dominus poſuit de diuite. cuius ager vberrimos fructus afferebat Luce. xij. Adoleſcens q̄ erat diues triſtis receſſit a domino quando audiuit ab eo ꝙ oportebat eum pauperem fieri ſi eſſe vellet de numero perfectorum Matth. xix. Diues ille qui tot abundabat diuitijs vt biſſo ſemper et purpura veſtiretur ad tantā deuenit inopiā ꝙ guttā aque petens non potuit obtinere neq₃ obtinebit eternaliter. Luce. xvi.

¶ Proſpitas mūdana que eſt in honorib⁹ et dignitatibus

# Capitulum.ii2.

Homĩez ligat vinculis victoꝝ
ſed parũ durat. Naz ſaul au
teꝑ ceſſz in regia dignitate. fu
it bonitate decoratus q̃ acce/
pto regno cũcta q̃ſi pcepta do
mini preterijt. i. Reg. xv. Da/
uid ꝑpter multitudinẽ ſubdi
toꝝ ſupbiendo populũ nũera/
uit. ij. Re. xxiiij. Jeroboam au
teꝑ ẽet rex puer bone indolis
extitiſſe legit. q̃ habito regno
vitulos adorauit et alios ado
rare fecit. iij. Reg. xij. Corrobo
ratus eſſet ozias eleuatũ ẽ cor
eius et voluit adolere incẽſuz
et quia reprehenſus et ſacerdo
tibus deſiſtere noluit. meruit
incurrere plagam lepre. ij. pa/
ralipo. xxvi. Manaſſes fuit
peſſimus tempe regie dignita
tis. Sz anguſtiat⁹ ꝛ vinctus
in babylone agẽs pniam fuit
bonus. ij. palip. xxxiij. Modi/
cum durãt honores et digni
tates et male plurimũ termi/
nãtur. Nã amon q̃ erat ſcds
a rege. et adorabatur ab oibus
poſt modicũ temp⁹ ẽ turpiter
ſuſpẽſ⁹. Heſter. vij. Statuã
quã vidit nabuchodonoſor per
cuſſum a lapide et in fauillaz
redactã indicat pſpitatẽ mũ
danã in dignitatib⁹ ꝛ hono

ribus nihil eſſe. Dan. ij. Ma/
gnũ fecerũt honorẽ iudei dño
vincẽti. ſed in ſero reuerſus eſt
in bethaniã. qꝛ in hieruſalem
nõ inuenit hoſpitiũ. et p⁹ di/
es pauciſſimos ẽ ab ipſis tur
piter crucifix⁹ et occiſus. Joh.
xix. Cum populus laudes di
uinas acclamaret herodi ip/
ſe herodes ab angelo eſt pcuſ/
ſus. Act. xij. Proſpitas mũ
dana q̃ eſt i victorijs ꝛ trium
phis de q̃bus homĩes conſue
uerũt letari freq̃nter ẽ occaſio
pctõꝝ cito labitur. et in triſti/
ciã cõmutabitur. Nam gede/
on excutiẽs frumẽtũ in area
fuit bonus. Ita ꝙ ei angelus
voluit apparere q̃ poſtea obten
ta magna victoria fuit mal⁹
Dauid primo fuit ſanct⁹. poſt
multas victorias glorioſus
adulteriũ et homicidiũ perpe/
trauit. Ptholomeus delectã/
to alexandro. et habito ei⁹ ca/
pite trib⁹ diebus tantũmõ vi
xit. i. Macha. xi. Proſperitas
mundana in pdictis oib⁹ hoc
ſolum habet ꝙ cõgregat ho
multitudinẽ amicoꝝ q̃ tribu/
lationis et anguſtie tpe diſp
gũtur iuxta illud poeticũ. dũ
zephirus flabat multis com

cantur amici. Hos ante aquilo turbine flante fugat. Hoc patet in Thobia. qui cum erat paup Thob. ij. Nota hyſtoriã tunc enim nõ legitur ab aliquo conſanguineo viſitatum. ſed poſtquam fuit illuminatus et diues factus venerũt ad eum conſanguinei congaudentes Thobie. xi. Job quãdiu fuit afflictus nõ habuit amicum vel aliquid deſeruientẽ. Sed cõſolatores habuit oneroſos. ſz poſtquam deus dedit et duplicia venerũt ad eũ frẽs ſui ferẽtes ouem vnã ꝛc. Job vltimo.

# Capitulum. II.

De prudentia ꝛ ſagacitate

Prudentis officiũ eſt verba aliquando fingere et ſe ſimulare.

Diſcordes reſtringere eoſqz placare.

Iram nõ impingere ſed abſentare.

Falſas artes aſtringere atqz reprobare.

Ordinare depingere ordinata dare.

Anteq̄ attingere opera probare.

Verbis multa fingere. p amicaqz monſtrare.

Roburqz accingere et diſſimulare.

Prudentia magna eſt ſimulare et fingere verba. et vnũ aliquando oſtendere p alio. Nam abraam veniẽs in egyptũ celauit veritatẽ. vxorẽ dixit eſſe ſororem. Gen. xij. Similiter fecit ipſe abraam quãdo venit ad abimelech regẽ. Geneſis. xx. Magna ſagacitate vſus eſt Joſue ſimulãdo fugã in obſidione vrbis hay. Joſue viij. Callide cogitauerũt gabaonite ſimulantes ſe venire de longinquo Joſue. ix. Ayoth ſimulãs ſe portare pecuniam vel munera. eglon cum aſtute decepit. Judicũ. iij. Dauid coram achis ſimulauit ſe fatuum vt poſſz ab eo fugere. i. Regum. xxi. Jheu ſe finxit honorare pphetas baal poſtea occidit. iiij. Re. x. Simulauit villicus pietatẽ erga debitores. cuius prudentiã dñs cõmẽdauit. Lu. xvi. Prudentis officium eſt p verba dulcia placare iratos et diſcordes. Sic prudenter placauit Abraam loth. et ſedauit iurgium inter

v

vtriuſqꝫ paſtores. Gen̄. xiij.
Nuncij miſſi ad filios rubē
prudēter locuti ſunt. ⁊ iſti pru
denter placarēt eos. Joſue. xxij
Abigail prudenter placauit
Dauid iratū contra nabal vi
rum ſuū. j. Reg. xxv. Verba
mulieris prudentis fecerūt re
uocare abſolonē ad dauid. cō
tra eū iratū. ij. Reg. xiiij. Sa
piēs mulier deabela fecit Jo
ab ab obſidione recedere. ij. Re
gum. xx. Filij iſrael ſimulan
tes fugā caute debellauerūt
tribu beniamin. Judicum. xx
Prudentia eſt recedere furori
Nam poſtq̄m rebecca conſu
luit filio ſuo Jacob vt obtine
ret benedictionem conſuluit
vt abſentaret ſe ab ira fra
tris ſui. Geneſis. xxvij. caplo
Exploratores quos miſit Jo
ſue prudenter egerunt vt cede
rent furori. Joſue. ij. Diſcrete
prohibuit ezechias ne popul⁹
reſponderet nuncijs regis aſ
ſyriorum loquētibus blaſphe
mias. quia nō expedit iudeos
contra linguaces infideles li
tigare. iiij. Regum. xviij. cap.
¶ Prudentes cognoſcuntur
in verbis ſiue futura precon
iecturando ſiue precongruen
tes parabolas aſſumendo vel
diſcrete loquēdo. vel bonum
conſilium dando. Nā ioſeph
coram pharaone. ſomnia pru
denter expoſuit. et vt ſapiens
bonum cōſiliū ſibi dedit. Ge
neſis. xli. Diſcretū et prudēs
conſilium dedit yetro moyſi
vt prelatū eligeret in populo.
Exodi. xviij. Similitudinē
prudentē accepit nathan ar
guendo dauid de peccato ſuo
ij. Regum. xij. Roboam fuit
imprudens qui ſenū prudēs
conſilium nō adimpleuit ſed
iuuenum. iij. Regum. xij. ca.
Filius prophete prudentē ſi
militudinē dedit quādo achab
reprehendit et ioſaphat com
mendauit. iij. Regum. xxij.
Magne prudentie verbum
dixit zorobabel de fortitudine
mulierꝫ et veritatis. iij. Eſdre
iiij. Inter prudentia documē
ta thobie fuit ꝙ conſilium a
ſapiente quereret. Thobie. iiij
Viſionē nabuchodonoſor da
niel prudenter expoſuit. Dan̄.
ij. et. iiij. caplis. Mire pruden
tie et diſcretiōis fuerunt ver
ba Marie ad angelum et ad
elyzabeth. Luce. j. capitulo.
¶ Prudentie ſignū eſt diſſi

mulare iniurias. licet cognoſcat quid ſit. Nam ſaul diſſimulabat prudenter nō audire male de ſeipſo loquētes. vt patet. i. Regum. x. in fine. Cognouit iudas dolū nichanoris. et ſe prudenter extraxit ij. Machabeoꝝ. viij. Symō cognouit dolum triphonis. et tamen fecit quod petijt vt ſcandalū vitaret. i. Machab. xij. Volens paulus ire in ſyriam cognoſcens paratas inſidias caute declinauit. Act. xvij. Paulus prudēter aduertens fraudem volentium eū ducere in hieruſalem ceſarem appellauit. Actuum. xxv.

## Capitulū. 114.

De pueris bone indolis.
Pueri boni male agentibꝰ ſunt diſſentientes.
Suis parētibus ſunt obedientes.
Rebus decentibus ſunt ſe exercentes.

PUeri bone indolis ſunt obedientes parentibus. nec murmurant quādo aliquid eis precipitur. Nam yſaac nō legitur murmuraſſe quando pater eū voluit immolare et occidere. Geneſis. xxij. Quando dauid debebat vngi in regē erat puer et paſcens oues tanquā patri obediens. i. Regum xvi.

Pueri boni cognoſcuntur ſi vicia et malas ſocietates odiunt. Nam Joſeph tanquā crimen odiens accuſauit fratres ſuos crimine peſſimo. Geneſis. xxxvij. Thobias cum eſſet iunior ſic puerilia vicia odit ꝙ nichil puerile geſſit. Thobie. i. Septem fratribus adoleſcentibus ſic erat odium ſacrilegium vt crudeles ſuſtinerent penas. ſecūdo Machabeorum. vij. capitulo.

Pueri boni ſe ad bona exercitent. et eccleſias et loca ſancta frequētant. Nam ſamuel adhuc puer miniſter erat in conſpectu domini vt patet. i. Regum. ij. i. Machabeoꝝ. iij. Joas erat ſeptem annorum cum regnare cepiſſet et fecit bonum coram domino. quarto. Regum duodecimo caplo. Daniel et ſocij eius ſine magiſtro legem ſeruantes ſobrie et ſancte inter pueros gentiles vixerunt. Danielis. i. ca.

Johannes baptiſta conforta-
bat ſpiritu et creſcebat. ⁊ erat
in deſerto vſqȝ ad diem oſten
ſionis ſue. Luc. ij. Jeſus puer
duodennis inuētus eſt in tē-
plo inter doctores et deſcēdit
cū parentibus ſuis ſub dit⁹
illis omnibus pueris in exem
plum Luc. ij.

## Capitulū. iij.

De punitione delinquentiū.

Punit deus delinquētes p
pter peccatū tranſgreſſiōis
obedientie non ſequendo.

Monſtrationis incōtinen-
tie laſciuiendo.

Elationis et excellentie ſu
perbiendo.

Rebellionis ſue potētie va-
na colendo.

Turbationis impatientie
iram ſequendo.

Detractionis et inuidētie
murmur ferendo.

Exarſionis ⁊ affluentie in
Repletionis (appetendo.
et corpulentie in comedēdo.

Preſumptiōis irreuerētie
in deridendo.

Oſtenſionis et preferentie
ſe proferendo.

Omiſſionis et negligēti-
non exercendo.

Punit deus peccatū inobedientie.
Nam primi parētes grauiter
puniti ſunt propter peccatū
inobedientie q̄ credebāt nō gra-
uiter puniri Gen. iij. Colligēs
ligno in ſabbato cōtra dei p̄-
ceptū fuit de dei nutu popu-
lo lapidat⁹ Nume. xv. Quia
ſaul fuit inobediēs deo in ce
de amelech reprobat⁹ a regno
i. Re. xv. Vir dei q̄ volūtatē
dn̄i comedit panē in domo
prophete fuit a leone occiſus
iij. Re. xiij. Ciuitatē ſetā in p-
miſit deus deſtrui et populū
captiuari ꝓpter inobedientiā.
iiij. Regū. xxv. Punit pec-
catū luxurie. Nam originale
mundo nō pepercit. ſed pene to-
tum aquis diluuij deleuit. q̄
omnis caro corruperat viam
ſuā luxurioſe viuēdo Geneſ
vi. et. vij. Quinqȝ ciuitates fe
tenti ſulphure et igni deleti
ſunt ꝓpter peccatū contra na
turā. Gen. xix. Propter pecca
tum cōmiſſum in vxorē leui-
te quaſi tota trib⁹ beniamin
fuit deſtructa. Judicum. ij.

Punit de⁹ peccatū ſuperbie.

Nam pharao cū egiptiis ſub-
merſi ſunt ꝓpter ſuperbiam.
Exo. xiiij. Septuaginta duo
milia hominū mortui ſunt ꝓ
pter ſuperbiam dauid qui fe-
cerat numerare populū. ij. Re
gū. xxiiij. Anthiochus ſupbꝰ
fuit graui plaga percuſſus ita
vt vermibus ſcaturiret. vtꝫ
ij Macha. ix. Herodes ſuper-
bus cū populus acclamabat
honores diuios percuſſus ab
angelo a vermibus eſt cōme-
ſtus. Actuū. xij. Punit de
us peccatū ydolatrie. Naꝫ ꝓ-
pter ydolum quod adorauerūt
ydolatre ceciderunt vna die vi
gintitria milia hominū. Exo
di. xxxij. Egreſſus eſt ignis ⁊
deuorabat nadab ⁊ abiu. qꝛ ob
tulerūt ignem alienū. Leuiti.
x. Punit deus peccatū ire.
Nā blaſphemus qui blaſphe
mauerat dn̄m lapidatus eſt a
populo. Leuiti. xxiiij. Seruus
nequā qui noluit dimittere ꝓ
ximo ſuo miſſus eſt in carce-
rem donec redderet vniuer. de.
Matthei. xviij. Punit de-
us peccatū murmuratōis. nā
murmurante populo egreſſus
eſt ignis ⁊ deuorauit caſtra. vt
patet Nume. xi. Maria ꝑcuſ-
ſa eſt lepra. quia contra Moy-
ſen murmurauit. Nume. xij.
Serpentes ignitos miſit do-
minus in populū murmurā
tem. Punit deus peccatū
auaricie. Nā achior cū ſupel-
lectili ſua periit. qꝛ de anathe-
mate per auariciā tulit Joſue
vij Grauiter punitus eſt gie
zi qui munera a naaman pro
pter auariciā ceperat. iiij. Reg.
v. Heliodorꝰ fuit male flagel-
latus. quia theſaurum vidue
ſpoliare voluit. ij. Macha. iij.
Auaricia anante ⁊ ſaphire fu
it propter peccatum graui pu-
nitione punita. Actuum. v
Punit deus peccatū gule. vt
patet in primis parentibꝰ co-
medentibus pomū vetitum.
Gen. iij. Filij hely qui violen
ter tulerant carnes crudas vt
latius pararent quos pater e-
orum nō corripuerat ſicut de-
buit grauiter cum patre ſunt
puniti a domino. vt bn̄ patet
i. Regum. iiij. Punit deus
peccatum irreuerentie ad deū
⁊ ad homines. Nam ozaꝰ ir
reuerenter tangentem arcam
domini vt iuuaret percuſſus ē
a domino ⁊ miſerabiliter mor
tuus eſt. vt patet. ij. Regū. vi.

Qui tetragita duo pueri ab ur/
ſis lacerati. quia irreuerenter
heliſeum derridebant iiij. Reg
ij. Ozias quia ad modū ſacer
dotium voluit ſe ingerere nō exhi
bens ſacrificio reuerentiaz eſt
factꝰ leproſus. ij. Para. xxvi.
¶ Punitꝰ deus peccatū vane
glorie. Nam ezechias qui oſten
dit theſauros ſuos nūcijs re/
gis babylonie omnes dei ſen
tentiā amiſit. vt patet. iiij. Re
gum. xx. Quia eleuate ſūt fi/
lie ſyon erit pro ſuaui odore fe/
tor. Iſaye. iij. ¶ Punit deꝰ pec
catum accidie. Nam ſeruum
inutilem qui talentuz ſibi cō/
miſſum multiplicare non ſtu
duit precepit eum dominus ī
tenebras mitti exteriores ⁊ a/
criter puniri. vt ptz Matthei
xx. De hac materia quere plu
ra exempla de accidia videlicz
ca. iij. ſcđm ordinem

## Capituluz. IIb.

De puſillanimitate
¶ Puſillanimes ⁊ timidi
¶ Parua timentes magna
ſortiuntur
¶ Praue mordentes miſeria
ſequuntur
¶ Cuncta pauētes timidi fe/
uincuntur
¶ Bella gerentes ſepius vin
cuntur

Puſillanimes
dum timent minas vi
cuntur ⁊ ruunt in magna peri
cula. Naz loth qui debuit ſal
uari in monte cecidit poſtea in
inceſtum ⁊ ſtuprum filiarum.
Geñ. xix. Sedechias dum ti
muit diſplicere principibꝰ in
mortem Jeremie conſenſit. Je/
remie. xxxviij. Darius rex per
ſarum timens cōtradicere ſa/
trapis miſit danielem in la/
cum leonum. Dañ. vi. ⁊ xiiij.
Dum petrus timuit vocē mu
lieris tunc contra ſaluatorem
exceſſit ⁊ chriſtum negauit vt
habetur Mat. xxvi. Puſilla/
nimes murmurare ſolēt ſicut
filij iſrahel quando viderunt
egiptios venientes poſt ſe nō
attendentes miracula dei ti/
mentes murmurare ceperunt
Exo. xiiij. Relato ab explora
toribus terre promiſſiōis cul/
tores eſſe fortiſſimos murmu/
rauit populus. Numeri. xiiij.
¶ Puſillanimes om̄ia timēt
etiam non timenda. Nam fi/
lij iſrahel audientes vocē do

mini dixerunt timentes moy
ſi. Non loquetur nobis dñs
loquere tu nobis. Exo. xx. Ba
laach timēs iſrael miſit ad ba
laam plus confidens in ver/
bis q̄ in armis. Nume. xxij.
Gabaonite dixerūt ad Joſue
ad eum venientes ⁊ fecerunt
pacta que ipſe voluit. Joſue. ix
Videns petrus ventum va/
lidum timuit quādo ſup ma/
re ad dominum ambulabat.
Mat. xiiij. c. Timuiſſe videtur
nycodemus qui venit ad Je/
ſum nocte quaſi non audens
ire de die. Johā. iij. Arguit do
minus diſcipulos qui ipſo pre
ſente in mare fluctuantes ti/
mebant. Mat. viij. Diſcipuli
timentes chriſtum reliquerūt
⁊ adoleſcens ſindone nud⁹ au
fugit. Mar. xiiij. Ceci nati pa/
rentes timidi responderunt. q
timebant extra ſynagogā fie/
ri. Johan. ix. Puſillanimes
eſſe in prelijs periculoſum eſt.
Nam poſtq̄ filij hay fugaue
runt filios iſrael ⁊ mortui ſūt
triginta ſex homines expauit
cor populi. ⁊ ad inſtar aque liq̄
factus eſt. Joſue. vij. Gedeon
pugnaturus dixit exercitui
ſuo. Qui formidoloſus ē reuer
tatur. ⁊ reuerſa ſunt duodec
milia Judicum ſeptimo. Iſra/
helite audiētes goliath timu
erunt nimis ⁊ fugerunt p̄ ti
more. i. Regum. xvij. Saul vi
dens caſtra philiſtinorum ti/
muit et expauit cor eius. ⁊ ibi
occubuit. vt optime apparet. i.
Regum. xxviij. Roboam ru/
dis ⁊ corde pauido nō potuit
reſiſtere exercitui Jeroboaz. vt
clare habetur. ij Paralipomē/
xiij. Mortuo holoferne ſuus
exercitus eſt ſolo timore fuga
tus. Judith. xiiij. Videns iu
das Machabeus q̄ defluxit
exercitus eius et bellum vrge
ret contra eum fractus eſt cor
de. ⁊ in bello iſto cecidit nec a/
libi legitur timuiſſe. vt habet
primo Machabeorum nono ca
pitulo.

## Capitulum 117.

De ſabbati obſeruatio/
ne.

Sabbati et feſtiuis di
ebus debent.

Quieſcentes nihil oper
ari vanitatis

# Ca. iij. de ſabbati obſeruatione

Delinquentes male tormē-
tari pro peccatis
¶ Attendentes verba predi-
cari veritatis.
¶ Omnes gentes rebus oc-
cupari ſanctitatis

Sabbatum
interpretatur requies
quia in ſabbatis ſeu feſtis de-
bet homo quieſcere ab omī ope-
re ſeruili ⁊ feſta cuſtodire. Qr
requieuit dn̄s die ſeptimo ab oī
opere ſuo quod patrarat. Ge. ij.
Ob hanc cauſaz filij iſrahel
colligebant manna die feſto
in duplo vt ſabbato feſtarent
Exo. xvi. Inter p̄cepta decalo-
gi ſolius mandati de obſeruā-
cia ſabbati redditur. Exo. xx.
Ita iudei cuſtodiebant ſabba-
tū ꝙ nolebant ſe defendere ab
impugnatoribus. j. Macha. ij.
Mulieres ſancte parauerunt
aromata ad vngendū chriſtū
ſabbato ſiluerūt. vt habet Mar-
ci. xvi. In hui⁹ figura requieuit
dn̄s die ſabbato in ſepulcro.
Luce. xxiij. ¶ Sabbatū non
obſeruantes debent corripi et
puniri. Nū. colligens ligna i
ſabbato iuſſit dn̄o fuit lapida-
tus. Nume. xv. Arguit Nee-
mias calcantes torcularia et
portantes onera in die ſabba-
ti. Neemie. xiij. Sabbati ⁊ fe-
ſtorum nunciatio debet populo
nunciari ⁊ in feſtis verbū dei
predicari. Ideo hoc preceptū de
cuſtodia ſabbati frequenter re-
petitur. Exo. xx. Nycanorē vo-
lentem preliari die ſabbati iu-
dei ſequentes eum inſtruxerūt
ſabbatū obſeruare. ij. Macha.
xv. Ob hanc cauſam dixit ia-
cobus. Ignorantes voces pro-
phetarū que per omne ſabbatū
leguntur. Moyſes em̄ a tem-
poribus antiquis habet in ſin-
gulis ciuitatibus q̄ eum pre-
dicent in ſynagogis vbi p̄ oē
ſabbatū legitur. Actuū. xv.
Dicitur etiā ꝙ apoſtoli loque-
bantur cū mulieribus que cō-
uenerant die ſabbatoꝝ. Actu.
xvi. Sabbato vel feſtis die-
bus debet homo multa bona
facere vel plura ꝙ̄ ferialibus
diebus. Nam die ſabbati of-
ferebātur duo agni. ⁊ alijs di-
ebus vnus. vt patet Nume.
xxviij. Populus iſrael vidēs
ꝙ hoſtes die ſabbati eos im-
pugnarent melius cogitaue-
runt ſe defendere. vt oſtenda-
tur ꝙ iſtis diebus magis re-

ſiſtendum ſit temptationibus
vel īpugnatõibus. i. Mach
ij. Criſtus multa miracula fe
cit in ſabbato. vt patet per oīa
euangelia. Eſt eñ ratio ꝓ̄ma
vt ſe oſtenderet dñm ſabbati
dñs eſt filꝰ hominis etiã ſab
bati. Mat. xij. Secunda ra-
tio eſt vt intelligeretur ꝙ etiã
a malo ceſſandũ ſit. nõ a bono
ſed ſabbato benefacere. Mat.
xij. Luce. xiiij. Tertia ratio eſt
vt plures edificarentur ex vi
ſione miraculi. vt patet in ſa-
natione inclinate fẽie. Lu. xiij

## Capitulũ. II8.

De ſapientia mulieris
Sapientes debent eſſe mu
lieres.
Filialem inducentes exhor-
tationem
Coniugalem exercentes o-
perationem
Vidualem ſuſtinentes de
ſolationem
Virginalem offerentes li-
bationem
Corporalem impedientes vi
olationem

Sapientes
mulieres ſunt que fi-
lios ſuos inſtruũt ⁊ eos bene
corrigunt. Nam ſara pruden
ter procurans intellexit ludũ
yſmahelis cũ filio ſuo yſaac
nõ eſſe bonum ⁊ voluit dñs ꝙ
abraam acquieſceret volũta-
ti eius. Gen. xxi. Rebecca fuit
valde argumẽtoſa ad inſtruẽ
dum iacob vt haberet benedi-
ctionem. Gen. xxvij. Caute e-
tiam docuit ipſa iacob vt ab-
ſconderet ſe ab ira fratris ſui.
Gen. xxviij. Berſabee mater ſa
lomonis ſapienter verba ꝓpo
ſuit vt filius eius regnaret. iij
Regũ. i. Vna illarum duarũ
meretricũ ſapienter allegauit
ſalomoni vt filius eius nõ oc
cideretur. iij. Regũ. iij. Mulier
ſunamitis libenter voluit ꝓ-
pter giezi dimittere heliſeum
vt filium ſuſcitaret. iiij. Regũ
iiij. Sapiẽtes dñt eſſe mu
lieres coniugate ⁊ prudenter vi
ris ⁊ alijs reſpondere. Nã del
bora vxor lapidoth ſapiẽter do
cuit barach ꝑplum liberare de
inimicis. Iudicum. iiij. Anna
vxor helchane ſapienter ſe ex-
cuſauit coram hely ſacerdote.
primo Regũ primo. Abygail
vxor nabal ꝑ ſapientẽ eloquẽ
tiã ſuã liberauit virũ ſuum a

morte. i. Reg. xxij. Olda vxor
ſellum ſapienter cõfortauit Io
ſiaz ⁊ populo mala ventura
predixit. iiij Regũ. xxij. Heſter
vxor aſſueri regis cũ ſapienti
cautela fecit petitionem ſuam
regis Heſter. vij. ca. Elizabeth
vxor zacharie ſapienter cogno
uit aduentũ matris dei filij.
vt habetur Luce. i. Vxor Pi
lati ſapienter locuta ẽ. ⁊ prudẽ
ter egiſſet ſi ei credidiſſz. Mat.
xxvij. Sapientia debet eſſe
in viduis ad inſtruendũ aſt/
as. Nã aſtuta fuit noemi vi/
dua docens ruth nurum ſuaz
alienigenã quo modo nubere
poſſet booz nobili ⁊ potenti. vt
habetur Ruth. xxx. Mulier vi
dua tecuites ſapienter induxit
dauid vt filium abſolon reuo
caret exulem. ij. Regum. xiiij.
Regina ſaba que poſt mortem
viri regnabat venit videre ſa
pientiã ſalomonis ⁊ diſcere.
iij. Regũ. x. Miram prudentiã
⁊ conſtantiã oſtendit Judith
populum docendo ⁊ holofernẽ
occidendo. Judith. viij. ⁊. xiij.
¶ Sapientes multũ oportet
eſſe virgines in orando loquẽ
do ⁊ conuerſando. Nã Sara
virgo filia raguelis ſapienter
dñm orauit vt eam de obpro
brio liberaret. Thobie. iij. Tam
tacendo quã loquendo patz bea
tam mariã fuiſſe virginẽ pru
dentem. nã parum ⁊ cũ pau/
cis locuta eſt. Primo cum an
gelo diſcrete querẽdo ⁊ diſcre
tius acqueſcendo dicẽs. Quo
modo fiet iſtud qm̃ virum nõ
cognoſco. ⁊ iter. Ecce ancilla
dñi fiet mihi ſcdm verbũ tu
um. Luce. i. Secundo locuta ẽ
cũ elizabeth antiqua ipam ſa
lutãdo. Et nota ꝙ poſt magnaſ
laudes Elizabeth nihil ei rñ/
dit. ſz deum laudauit dicens
Magnificat anima mea do/
minũ. Luc. i. Tertio locuta eſt
cum filio dulciter interrogã
do eum dicens. Fili quid feci
ſti nobis ſic. qꝛ ego ⁊ pater tu⁹
dolentes querebamus te. Lu
ce. ij. Quarto locuta eſt cũ eo
dem filio dulciter interrogan
do pro verecundis ⁊ pauperib⁹
nuptijs dicens ex compaſſio
ne. Fili vinum nõ habent. Jo
han. ij. Quinto locuta eſt cũ
miniſtris eos inſtruendo di/
cens. Quodcunqz dixerit vo
bis facite. Johan. ij. ¶ Sapiẽ
tes ſunt aliqñ peccatrices. nã
raab meretrix nuncios Joſue

prudenter abſcondit. Joſue.ij.
Maria magdalena ſapienter
ad pedes chriſti ſtetit. quia ibi
primo remiſſionẽ meruit Se
cundo exhibuit chriſto debitã
et deuotam reuerentiam lauan
do tergendo vngẽdo pedes ſal
uatoris. Luce.vij. Tertio audi
uit diuinã ſapientiã. quia ſta
bat ad pedes domini et audie
bat verbũ illius. Lu.x. Quar
to obtinuit fratris ſui Lazari
reſuſcitationem et vitã. Joh.xi.

## Capitulũ .119.

De ſacra ſcriptura

Sacra ſcriptura continet
Teſtamentum vetuſtatis cõ
tentum figurarum.
Sacramentũ nouitatis
expreſſiuum doctrinarum.

Sacra ſcri
ptura diuiditur in ve
tus et nouũ teſtamentũ. Ve
tus autem teſtamentum diui
ditur in quatuor partes ſcdm
quattuor que pertinent ad vi
tam ſpiritualem. in qua per ſcri
pturã reformamur. Ideo quattuor
ſũt partes ſcripture veteris te
ſtamenti ſcz.
Lex preceptorum.
Hiſtoria exemplorum
Sapiẽtie monitionum.
Prophetie pdicationũ
Vita namqʒ ſpũalis in pre
ceptis tribuitur.
In exemplis oſtenditur
In monitionibus promouetur.
In pdicationibus perficitur
Lex igitur preceptorum continet
quinqʒ libros ſcdm quinqʒ que requirũ
tur in preceptis. Primo quinqʒ pre
cepta traduntur. Ideo primo ponitur
liber vbi legẽ recipientium gene
ratio ſcribitur. ſcz Gen.v. Secundo
que pcepta tradũtur. ideo ponitur ſcds
liber vbi pcepta legis tradũtur
ſcz. Exo.xx. Tertio que ſũt obſer
uãtie. pmatores vbi ponitur
tertius liber. vbi miniſtri eccle
ſie ſtatuuntur ſcz Leuiticus.
Quarto que ſũt idonei executo
res. ideo ponitur quartus liber vbi infir
mi a fortibus diſtinguũtur. ſcz. Nu.
Quinto que ſũt dubiorum declara
tores. ideo ponitur quintus liber vbi per
moyſẽ declarãtur dubia ſcz Deu.
Scripture ſacre veteris te
ſtamenti pars ſecunda ſcz hiſtoria
exemplorum diuiditur. Quia qui
dam ſũt exempla platorum. Et qui
dam ſubditorum. Prelatorum
exemplariũt ſex. Nam dñe
primo ſubditos in timore di-

# Capitulum.ii9.

rigere quod oſtenditur per Jo/
ſue qui populū direpit in ter/
ram promiſſionis. Joſue.ij.c.
Secundo lites diſſoluere. Jō
diuerſi iudices diuerſis tem
poribus ordinantur ſub libro
Judicū per totum. Tertio ſub
ditos inſtruere. Ideo neemi ī/
ſtrupit ruth quomodo nuberet
qḋ totum oſtenditur in libro
Ruth.iij.c. Quarto ſubditos
defendere. Ideo a bellis tempo
ralibus reges protegūt. quod
oſtenditur in libris regum ⁊ a
pluribus ſcʒ ab his qui leges
defendunt vt Machabei De
quibꝰ dicitur in libris Mach
abeoꝝ. Quinto deſtructa reſi
cere. Jḋo neemias reedificabat
muros ieruſalem. vt patet ne
emie. Et eſdras reedifabat tē/
plum quod erat ab hoſtibꝰ ꝓ/
phanatū. pt patet.i. Eſdre.iij.
Sexto debent finaliter deō
adherere. Ideo Job adheſit deo
in proſperis ⁊ aduerſis. In li/
bro Job. Exempla vero ſubdi/
torum oſtenduntur in tribus
Nam debent ſubditi primo
ſeruare patiētiam in aduerſis
Qḋ docemur per thobiaʒ qui
excecatus ſuſtinuit patienter
cecitatem vt patet Thobie.ij.

Secundo debent habere cōſtā
tiam in aduerſis. Ideo iudith
ponens ſe in periculis conſtā/
ter hoſtes decepit. Judith.viij.
Tertio debent habere beniuo/
lentiā in proſperis. Jḋo heſter
ſublimis populo beniuola fu
it. Heſter.iiij.⁊ infra. Scri
pture ſacre tertia pars eſt ſa/
pientie monitionuʒ que diui/
ditur. Quia quedam eſt am/
monitio generalis qua mouē
tur vniuerſi cuiuſcumqʒ con/
ditionis exiſtant. vt habet in
libro Eccleſiaſtici Alia eſt am
monitio ſpecialis. ⁊ hec eſt ali
quando prelatorum qui debēt
ſeruare iuſticiam. Et hoc oſtē/
dit Salomon dicens. Diligi
te iuſticiam ⁊c. Et hoc totum
continetur in libro Sapiētie
Alia eſt ammonitio ſubditoꝝ
⁊ hec eſt triplex ſcḋm triplicē
differentiam ſubditorū. Nā
prima eſt incipientiū. Et hoc
ponit ſalomon dirigēs ſermo
nes ſuos ad paruulos. vt pʒ
in libro Prouerbiorum Se/
cunda eſt proficientium.ī qua
oſtenditur vanitas temporali/
um quam dimittunt profici/
entes. Et hoc totum contine/
turꝰ in libro Eccleſiaſtes.

Tertia eſt pfectoꝝ in qua vir
perfectus in cōtemplatōibus
erudit multis modis. Et hoc
in libro Cant coꝝ. Scriptu
re ſacre pars q̄rta. ſcʒ prophe/
tia diuiditur. Quia aut predi
cantur opa xp̄i que eſt prima
prophetia q̄ pdicit eius incar
natione dicens Ecce virgo cō
cipiet. Et hic eſt Eſaias et ei⁹
paſſione dicens. Ecce quaſi
agnus māſuet⁹ q̄ portatur ad
victimas. Et hic eſt hieremi
as Tertius ꝓpheta pdicit ei⁹
aſcenſione. Aquila grandis
alarū magnaꝝ venit ꝛc. Et hic
eſt Ezechiel. Quartus ei⁹ ſpi
ritusſancti miſſione dicens:
Emitte ſpiritū tuū et creabū
tur ꝛc. et hic eſt dauid i libro
pſalmoꝝ. Quint⁹ finalis iu
dicij retributione dicēs Aper
ti ſunt celi ꝛ iudicati ſūt mor
tui. Hic eſt Daniel. Aut pdi/
cantur opa filioꝝ chriſti. ideo
opera duodecim tribuū filio/
rum pdicātur in libro. xij. p/
phetaꝝ. Scriptura ſacra
noui teſtamēti diuiditur. quia
in euāgelijs cōtinētur opera
chriſti et verba. Quia prim⁹
deſcribit eius hūanitatē di/
cens. Liber generatiōis ieſu
chriſti filij dauid filij abraā.
Abraam aūt genuit yſaac ꝛc.
Hic eſt matthe⁹. Secundus
predicat eius pdicatione di/
cens. Vox clamātis in deſer
to parate viā dn̄i. Hic ē marc/
cus. Tertius ſacrificij paſſio/
nem dicēs: Fuit in diebus he
rodis regis ꝛc. Hic eſt Lucas
Quartus eius diuinitatem
dicens. In principio erat ver
bū et verbū erat apud deum.
et de⁹ erat verbū ꝛc. Et hic eſt
Iohānes. Opa vero apoſtolo
rū recitātur in libro quē fecit
lucas poſt chriſti paſſione. Et
hic eſt act⁹ aploꝝ. Verba apo/
ſtoloꝝ continētur in epiſtolis
pauli et in canonicis vbi fi/
deles omnimode inſtruūtur.
Futura pericula et annūcia/
tiones coꝝ in ſeptē viſiōibus
iohānis. Et hic ē apocalipſis
Et hec eſt ſufficientia totius
ſacre ſcripture et oīm ſuorum
libroꝝ. Nam cū xp̄s tempta
retur a diabolo trib⁹ verbis ſa
cre ſcripture ſe defendit. mat
thei. iiij.

## Capitulʒ 120.

De ſepultura.

Sepultura tempe mortis

eſt eligenda voluntate, loco
venerabili.
Exercenda pietate ope lau
dabili.
Negligenda equitate vi-
ro indomabili.
Exhibenda caritate paren
tela laudabili.

## Sepulturaz

Debz homo eligere in
loco ſancto et honorabili. et
diligenter ante mortem de ea
cogitare. Ideo abraam cum
diligentia emit agrum vt mu
lierem ibi ſepeliret. Geneſis
xxiij. c. Noluit iacob ſepelire
cũ malis. ſed dixit ad ioſeph
vt eum cũ patribus ſepeliret.
Geneſ. xlix. Hoc ipm petijt
inſtante morte Joſeph a fratri
bus ſuis et filijs ſuis. Gene
ſis. quinto dicens Viſitabit
vos deus virtutũ exportate
oſſa mea hinc vobiſcum. Hoc
moyſes impleuit quando exi-
ens d egypto tulit oſſa ioſeph
Exodi. xiij. Apparet dominũ
de ſepultura creaſſe quando
dixit iude. Sine illam vt in
diem ſepulture mee ſeruet il-
lud. Johãnis. xij. Nam tho-
bias ſenior dixit deo nunc ꝛ
domine fac et precipue; in pa-
ce recipi ſpiritũ meum. Tho
bie. iij. Sepelire mortuos
opus pietatis et cõmendabi
le eſt et opꝰ miſericordie. Ideo
dauid cõmendauit viros Ja-
bes qui fecerũt miſericordiaz
cũ ſaul et filijs ſepeliendo eos
vt habet. i. Reg. xxxi. et. ij. Re
gum. ij. Commẽdatur thobi
as quia libenter ſepeliebat oc
ciſos in bello. Thobie. i. et. ij.
Erga ſepulturam mortuoruz
impij menelai. iudei multum
liberales fuerũt. ij. Macha-
beor. iiij. Poſt prelium contra
gorgiam pie venit Judas vt
defunctorũ corpora ſepeliret.
ij. Macab. xij. Joſeph et nico-
demus qui ſepelierũt Jeſum
in monumẽto exciſo de petra.
Mathei. xxvij. Viri timorati
et ſepelierunt Stephanũ. et
fecerunt planctum magnum
ſuper eum Actuũ. viij. Se
pultura indigni ſunt rebelles
et inobedientes fidei. Ideo vir
dei caruit ſepultura. vt habe
tur. iij. Reguz. xiij. Sepul
turam debent filij cum ſollici
tudine parentibꝰ exhibere. Nã
tam munita q̃ thobias dedit fi
lio ſuo fuit hec vbi dixit, Cũ

accepert deus animā meam
corpus meū ſepelt. Thob.iiij.
Jdeo ſpiritiales filij ſcilicet
diſcipuli Johannis ſepelierūt
corpus eius. Mathei.xiiij.et
Marci.vi.

# Capitulū. 121.

De ſilentio et eius opera-
tione.
Silere debent ſpecialiter
mulieres obloquentes no-
xam fugiendo.
Jntima nō oſtendentes ſe-
creta terrendo.
Et comitia tenentes his
nō reſpondendo.
Clericaliter vinctē ſacris
aſſiſtendo homineſq; ſapi-
entes tempore tacendo.

Silentium
tenere debent mu-
lieres. quia earū lo-
quacitas periculoſa eſt. ideo de-
dit dominus pceptum ade et
eue vt mulier minus loquēdi
materiam haberet. ſed a viro
diſcendi. His igitur pternmiſ-
ſis eua garrulādo et ſepiſſime
ſerpenti reſpondendo p nimiā
loquacitatē paradiſum perdi-
dit. Geneſ.iij. Vxor iob ſtul-
te locuta eſt quando Job fuit
a deo percuſſus. ideo iob repre-
hendit eam. Job.ij.capitulo.
Silere debent homines ſe-
creta ſua et aliorū. Nec ea reue-
lare maxime mulierib'. quia
neſciunt ſecreta tacere. Nam
quia ſamſon reuelauit vxori ſe-
cretum ipſa in eius dampnū
manifeſtauit. Judicum.xiiij.
Jtem quia ipſe indicauit dali-
de ſecretum fortitudinis ipſa
prodente fortitudinē et vitam
propter eius loquacitatē amiſ-
ſit. Judicum.xvi.capitulo.
Silere debēt quilibet ad
obprobria dicendo nec ad di-
cta reſpondendo. Nam quia
cham obprobrium patris fra-
tribus nunciauit a patre ma-
ledictus fuit. Geneſis.ix.ca.
Ob hanc cauſaz ſilebat ſaul
et diſſimilabat ſe audire ma-
le loquentes de eo vt non re-
ſpōderet eis. primo.Regū.x.
in fine. Thobias audiens ver-
bis iniurioſis ab vxore nō re-
ſpōdit vt non litigaret. Tho-
bie.ij. Cū ancilla zare dixiſſet
et obprobriū ipſa tacuit et ceſ-
ſit. Thobie.iij.ca. Mandauit

# Capitulum.112.

ezechias vt nõ reſponderet ali
quis rapſaci cõminanti et ſi
luerũt omnes Eſaie.xxxvi.c.
Falſis criminib⁹ ſuſannã nõ
rñdit ſed flens in celũ aſpexit
et iõ liberata fuit Dan.xiij.
Maria peccatrix in domo ſy
monis tacuit.ideo dñs ipſaꝫ
cõmẽdauit ſymoni loquenti.
Luce.vij.Conquerenti ſorori ni
hil rñdit magdalena.iõ xp̃s
eius aduocat⁹ fuit.Lu.x.Di
ſcipulis in eã fremẽtib⁹ ꝓpter
effuſionẽ vnguẽti etiã ſiluit.
et chriſtus eã defendit Marci
xiiij.Mulier in adulterio de
prehẽſa accuſantib⁹ nõ rñdit
ideo xp̃s eam abſoluit.Johãn.
viij.Silentium obſeruare
debent religioſi ⁊ clerici ⁊ viri
ſpũales.et maxime in eccleſia
Vñ poſtq̃ locutus eſt dñs ad
moyſen impeditoris ⁊ tardito
ris lingue fuit Exo.iiij.Anna
mater ſamuelis in templo lo
quebatur.i.Reg.i.Job ſanct⁹
reprehendit ſe de locutõe dicẽs
Inſipiẽter locutus ſuꝫ q̄ vti
nam tacuiſſeꝫ.Job vlt.Hiere
mias in vtero ſanctificat⁹ ex
cuſabat ſe dicẽs.Neſcio loq̄
quia puer ego ſuꝫ.Hieremie.i.
Locutur⁹ paulus i ſynagoga
ſilentiũ indixit vbi nõ eſt au
ditus:nõ debet offendi ſermo
Actuũ.xiij.Silere debent
ſapientes vſq̃ ad temp⁹ con
gruũ.Nam cũ abigail pla
cuiſſet dauid nõ indicauit vi
ro ſuo verbũ ꝫ ſiluit vſq̃ ma
ne cũ digeſſiſſet vinũ.i.Regũ
xxv.Diu tacuit Heſter nõ lo
quẽdo de populo ſuo ne ſuſpi
caretur regi ſed ſuo tpe ẽ locu
ta Heſter.v.vi.et.vij.Beata
virgo Maria audita ſalutatio
ne per⁹tacuit ⁊ cogitauit.poſt
ea modeſte reſpondit Lu.i.

# Captulũ.122.

De ſocietate bonoꝝ
Societas bona habet ab
imminẽtib⁹ tam liberatos
Conuiuẽtib⁹ lo (efficere.
cupletatos reficere.
Sancte viuentibus aſſo
ciatos perficere.

Ocietas bo
norum liberat homĩes
a periculis.Nam fuiſſent in
uenti decem iuſti in quinq̃ ciui
tatib⁹ ſodomoꝝ pepciſſet de
us vniuerſis et euaſiſſent Ge
neſis.xviij.Homĩes de lachis
occiſi fuerũt qꝛ nõ habebant

ſocietatem cum aliquo bono Judicū .xviij. Raphaelis ſocietas quā habuit thobias ipm de multis periculis liberauit Thobie .v. ⁊ infra. Occaſione danielis boni ⁊ prudentis pepercit nabuchodonoſor arioli ⁊ ſapientibus babylonis. vt ʒ Dan .ij. Propter ſocietatē pauli omnes de naui in naufragio ſunt ſaluati. Actuū .xxvij

¶ Societas bona cauſa eſt abundantie Nam ditatus eſt laban ꝓpter ſocietatem iacob: Gen̄ .xxx. Benedixit dn̄s domui egipti ꝓpter ioſeph ⁊ multiplicauit ſubſtantiā. Geneſ .xxxix. Propter Joſaphat bonū impetrauit heliſeus aquā exercitui alioꝝ maioꝝ .iiij. Re. iij. In huius figura ſuper diſcipulos cōgregatos ſpūſſanctꝰ abundāter deſcēdit. Actu. ij.

¶ Societas bonorū bonos facit homines. nā ſaul cum ꝓphetis ꝓphetare cepit .i. Reg: x. Jdo homines deū timentes volebat ſecū habere Thobias vt patet Thobie .ij. Jlli ſeptē fratres cū bona matre inuicē ſe hortabantur ad bonum .ij. Macha .vij. c. Quādiu fuit petrus cum diſcipulis bonus erat. ſʒ cū fuit iudeis aſſociatus chriſtū negauit. Mat. xxvi Cecus illūinatus a xp̄o a ſynagoga eiectus fuit iter fideles a chriſto receptus. Johā: x. Paulus poſt ſuā conuerſionem temptabat ſe iūgere apoſtolis vt fieret melior Actu. ix

## Capitulū .IX.

De maloꝝ ſocietate

